bos. Mas, San Geronimo, y San Cirilo aprobando eſte ſentido como el cierto, lebantan la dificultad, que opone el ſuperficial de la letra, porq̃ dizen andar las coſas trocadas del orden de naturaleça, porque comer paja el Leon es contra la ſuya, y aſsi ſe aplica en la ſuperficie el prouerbio, quando ſe trueca el orden natural de la coſa: como ſi en la oracion ſe trocaſen los lugares que deuen tener las coſas ſera falta de aptitud: y eſte vicio ſe ſignifica por aquel prouerbio entẽdido ſuperficialmente. Mas no ſe nota que aya vicio enla locucion del Profeta, ni Dios lo permita: porque el Profeta dice ſus verdades infalibles dictadas por el Eſpiritu ſanto, entendiendo eſtos prodigios milagroſos verſe verificados en la ley de Gracia, por lo ſobrenatural del miſterio, que por eſo dice Martin del Rio. *Miraculum in eo*, mas quitado eſte milagro *extra rem eſt cibus palearum leoni*. Y eſte ſentido dio lugar al Prouerbio.

Mas porq̃ me precio mas de docil, q̃ de docto, mas de deſeos de aprender, q̃ de preſuncion en el ſauer: eſto, y de nueuo todo lo del libro, y de todos mis eſcritos, y lo que mas eſcribiere vmilde ſujeto a la Chriſtiana cenſura de los Sanios, y al piadoſo juicio de la Igleſia Catolica.

Maeſtro Ximenez Paton.

TESTIMONIO DE LAS ESCVELAS Y VNIVERSIDAD de Baeça, cuyo Clauſtro aprobò y recibiò eſte libro, para que ſe lea y no otro deſta facultad Retorica.

EN las Eſcuelas y Vniuerſidad de la ſantiſsima Trinidad deſta Ciudad de Baeça, en quatro dias del mes de Febrero de mil y ſeyſcientos y diez y nueue años, ſe juntaron en la Capilla que acoſtumbrã, los ſeñores Rector y Clauſtro de la Vniuerſidad, llamados por Luys de Mendoza Vedel, cõ eſpecial mandato del ſeñor Rector, es à ſaber los ſeñores Doctor Pedro Lechuga Catedratico de ſagrada Eſcritura, y Rector en la dicha Vniuerſidad, Doctor Franciſco Hañez de Herrera, Catedratico de Prima de Teologia, y Patrono de las Eſcuelas, Doctor don Pedro Muñoz de Magaña, Doctor don Iuan Serrano de ſan Iuan, Doctor Iuan Vazquez Iurado Catedratico de Durando en la dicha Vniuerſidad. Y anſi juntos entre todos ſe confiriò como el Maeſtro Bartolome Ximenez Paton, vezino de la villa de Villanueua de los Infantes, y eſtudiante que fue en eſta Vniuerſidad, con zelo que tiene de ſu biẽ, y aprouechamiento: y reconociendo (como ſiempre lo à hecho) el auerſe criado en eſta Eſcuela, à pedido q̃ eſta Vniuerſidad admita para los eſtudiantes della vn libro que aora à compueſto de Retorica, y Recto modo de hablar, y aprẽder la lengua Latina, el qual à ſido viſto por algunos de los dichos ſeñores, y àn eſtimado y eſtiman el dicho libro por de mucha erudicion

Digitized by Google

dicion è ingenio, y por de mucho prouecho para los estudiantes que perfetamente pretenden saber la dicha Rectorica, y recto modo de hablar; y que cõ mucha razon deue estar agradecido este Clauſtro à el dicho Maestro, por auerse acordado del bien desta Vniuersidad, en procurar se lea en ella el dicho libro. Por tanto vnanimes y conformes, acordaron y mandaron, representando el cuerpo desta Vniuersidad, y personas particulares deste Clauſtro, presentes y futuros, que la Rectorica que en esta dicha Vniuersidad se leyere, sea la del dicho Maestro Bartolome Ximenez Paton; atento â las dichas buenas partes, y erudiciõ del dicho libro, y de parte de la dicha Vniuersidad agradecen y estiman lo q̃ el dicho Maestro Ximez à hecho y haze, ansi en esta razon como en otras, en bien y vtilidad de las dichas Escuelas: y ansi lo acordaron, de que yo el Secretario doy fè. Francisco del Molino Secretario. Concuerda con el original que queda en el libro de acuerdo del dicho Clauſtro desta Vniuersidad de Baeça, en fè delo qual lo signe y firme en ella, en ocho de Febrero, de mil y seyscientos y diez y nueue años. En testimonio de Verdad, Francisco del Molino Secretario.

TESTIMONIO DEL CATEDRATICO de la Ciudad de Vbeda.

EN la ciudad de Vbeda, en tres dias del mes de Agosto, de mil y seyscientos y veynte y vn años por ante mi el escriuano publico, parecio el Licenciado Pedro de Arias Catedratico de Retorica, y letras humanas en la sacra Iglesia del Saluador desta dicha

dicha ciudad: y dixo, que por quanto el tiene mucha noticia de vn libro que nueuamẽte à compuesto el Maestro Bartolome Ximenez Paton, vezino y Catedratico de Villanueua de los Infantes: intitulado Eloquencia Latina, y Española, y entender de quanto prouecho sea para los estudiantes, leerla en esta ciudad, y estudio de la dicha Iglesia, de su libre y espontanea voluntad se obligò, que la Rectorica que aqui se vbiere de leer serà la del dicho Maestro Bartolome Ximenez Paton: ansi como à sauido que en otras Vniuersidades y estudios lo àn hecho: Y por ser esta su voluntad lo otorgò segun y como dicho es, è lo firmò de su nombre, siendo testigos Iuan de Castro, è Diego de Carauaca, è Bartolome Gallego vezinos de Vbeda: è doy fè conozco â el otorgante Pedro Arias. Yo Rodrigo de Xerica escriuano del Rey nuestro señor, è del numero de la Ciudad de Vbeda, doy fè de lo que de mi se haze mencion, y en fè dello lo signe, en testimonio de verdad. Pedro de Xerica Escriuano.

TESTIMONIO COMO LE RECIBIO el Catedratico de la ciudad de Alcaraz.

EN la ciudad de Alcaraz, en veynte y dos dias del mes de Mayo, de mil y seyscientos y diez y nueue años, ante mi el presente Escriuano pareciõ el Licenciado Fernando Gonçalez de santa Cruz Catedratico de Rectorica y Grammatica, en el Colegio que esta Ciudad tiene para la educacion y doctrina de la juuẽtud, de q̃ doy fè como de lo infra contenido, y dixo que el â leydo à sus dicipulos del aula de mayores muchos años la Retorica Latina, que compuso

Digitized by Google

puſo el Maeſtro Bartolome Ximenez Paton Catedratico della, en Villanueua de los Infantes, ya conocido por experiencia: es de mucho prouechro para los que quierē ſaber, componer y adornar lo que dizen y eſcriben, con dulçura, y elegancia: aſsi en Latin como en Eſpañol, y que porque aora de nueuo la à perficionado el dicho Maeſtro, para imprimirla con autoridad Real, declara eſpontaneamente, y de ſu agradable voluntad, que la tiene muy firme, y cierta de aqui adelante leerla y explicarla mientras viuiere, y exercitare eſte oficio, atēto le conſta que por la mucha erudicion, buē metodo, y claridad del dicho libro algunas Vniuerſidades de Caſtilla le àn recibido para el miſmo fin: y ruega à los que le ſucedieren en eſta Catedra continuen la dicha leccion, y explicacion, por la vtilidad que à ſus dicipulos ſe les ſeguira dello, y me pidio le dieſſe por teſtimonio eſta declaracion de ſu voluntad, y determinacion, ſiendo teſtigos don Franciſco Ruyz Abendaño, y Chriſtoual de Torres Areualo, y el Licenciado Iacinto Reguillo, vezinos deſta ciudad, y lo firmò de ſu nombre Fernando Gonçalez de ſanta Cruz. E yo Iuan Lopez de Cordoua Eſcriuano del numero deſta ciudad de Alcaraz, que à lo que dicho es preſente fuy con los teſtigos, y otorgue, y en fè dello fize mi ſigno, y no lleue derechos, de que doy fè. En teſtimonio de verdad, Iuan Lopez de Cordoua.

TESTIMONIO DEL CATEDRATICO de Ciudad Real.

EN la ciudad de Ciudad Real, catorze dias del mes de Enero de mil y ſeyſciētos y veynte y vn años,

Digitized by Google

ante mi el presente Notario publico Apostolico, parecio Gerenimo Lorenço de Zuñiga, Catedratico y Maestro de Humanidad en dicha Ciudad, y dixo q̃ por quanto desea el aprouechamiento de los dicipulos que oyẽ su doctrina; no solo en la Gramatica, mas en la Retorica, determina explicarla à sus oyentes: y porque conoce que no solo en Espana, mas en diuersos Reynos y Prouincias de que tiene noticia son muy aceptas las Eloquencias que à compuesto (assi en lengua Española como Latina) el Maestro Bartolome Ximenez Patõ, Catedratico della en Villanueua de los Infantes: està determinado, que la Eloquencia y arte de Retorica que aya de explicar, sea la que el dicho Maestro Ximenez Paton à compuesto, porque le consta vltra de la aprouacion del Consejo Real, la siguen muchas Vniuersidades, como la mas preeminente, y que mas conuiene ser enseñada por su claridad, y precision, y buen estilo de enseñar la arte de dicha Retorica, y assi de su libre voluntad dixo se obliga à leer y explicar quãdo quiera porque la dicha Retorica va conforme la arte della: compuesta por el Maestro Paton suso dicho. Y porq̃ conste desta su determinacion y voluntad, lo firmõ de su nombre, siẽdo testigos Martin Garcia, y Asensio de Guadalajara, y Iuan de Padilla escriuano desta Ciudad Geronimo Lorẽço de Zuñiga. E yo Luys de Sotomayor Notario Apostolico, y Receptor del numero, y publico del Audiencia Aarçobispal desta dicha ciudad, presente fuy a lo que dicho es, en vno con los testigos, y otorgantes, y en fè dello fize mi signo, En testimonio deverdad. Luys de Soto Mayor Notario publico.

Tes-

TESTIMONIO COMO LE RECIBIO el Catedratico de la Villa de la Membrilla.

IN Dei nomine. Amen. Notorio sea à los que este publico instrumento vieren, como yo Iuan Iñigo Velasco Clerigo Presbitero vezino desta villa, y Notario publico Apostolico por su Santidad en todas, y qualesquier partes del mundo, y Catedratico de Latinidad y Eloquencia en esta villa, con salario publico della, digo que por quanto yo estoy zeloso del aprouechamiento de mis dicipulos, y me consta que la Eloquencia Latina, y Española que aora nueuamente à reformado y perficionado el Maestro Bartolome Ximenez Paton Catedratico en Villanueua de los Infantes, con titulo Mercurio Trimegisto, es de mucho mas prouecho, que otras algunas, en razõ de contener en si mas copiosa y clara dotrina: por tãto en aquella via y forma q̃ mejor de derecho puedo y debo, me obligo de la leer y explicar publicamente de oy en adelante à mis dicipulos mientras en esta villa, ò en otras qualesquier partes yo vsare y exercitare el dicho oficio de Enseñar. Y porque assi me obligo de mi libre, y espontanea voluntad, otorgè este testimonio ante mi mismo como ante tal Notario, y ante los presentes testigos rogados, y para ello llamados, es à saber Martin Fernandez Valençuela, y Iuan Martin Carnero, y Iuan de Montaluo vezinos desta villa. En fè de lo qual lo signè, y firmè en la Membrilla, en seys dias de Iunio de mil y seyscientos y diez y nueue años. En testimonio de verdad, Iuan Iñigo Velasco Notario.

Tes-

Digitized by Google

TESTIMONIO COMO LE RECIBIO el Catedratico de la Villa de Albacete.

EN la villa de Albacete, en veynte y ocho dias del mes de Diziembre de mil y seyscientos y seyscientos y diez y nueue años, por ante mi el Escriuano y testigos, parecio el Licenciado Iuã Flores de Ordaz y Busto, Catedratico de Retorica, y professor de letras humanas: y dixo que por quanto el siempre à procurado, y procura el aptouechamiento de sus discipulos estudiantes, y por experiencia à conocido el que se sigue de la lecion de la Eloquencia que cõpuso el Maestro Bartolome Ximenez Paton, vezino de Villanueua de los infantes, y esto se à prouado mas estos dias, que elgunas Vniuersidades, y otros Catedraticos, de su voluntad se àn obligado à leerla y explicarla à sus estudiantes, assi el de su libre y espontanea volũtad, promete mientras viue leerla y explicarla à sus dicipulos en estavilla, ò en qualquiera otra parte que estuuiere exercitando el dicho ministerio, y à sus sucessores, encarga hagan lo mismo por el bien de los professores de letras humanas. Y para que se entienda se resta su voluntad, lo declarò por ante mi dicho escriuano, siendo testigos, Pedro de Molina Escriuano de su Mageſtad, y Iuan Lopez de santa Cruz, y Antonio Perez vezinos desta dicha villa, el dicho ortorgante, que conozco, lo firmò: El Licenciado Iuan Flores de Ordaz y Busto. Iuan Perez de Piqueras, escriuano del Rey nuestro señor, y del numero desta dicha villa, à lo que dicho es de suso, y con el otorgante, siendo testigos y lo firmò. En testimonio de verdad Iuan Perez.

Tes.

Digitized by Google

TESTIMONIO DEL CATEDRATICO de la villa de Villapalacios.

EN la villa de Villapalacios, ante mi Alonso Rodriguez escriuano publico del numero y ayuntamiento della, por su Magestad, y testigos infrascriptos, Pedro Collado Peralta Catedratico de humanidad en esta villa parecio. Y dixo, q̃ porq̃ por experiẽcia à conocido ser de mucho prouecho à los professores de Eloquencia, assi Española como Latina, y sagrada, las que à compuesto el Maestro Ximenez Paton Catedratico della en Villanueua delos Infantes, de su libre y expontanea voluntad, porque sus dicipulos participen de su doctrina, se obligaua, y obligò à que mientras en esta villa estuuiere exerciẽdò el dicho oficio de preceptor de letras humanas, ò en qualesquier otras partes, en qualquier tiempo explicara à sus oyentes la Eloquencia Latina del Maestro. Y para la dicha interpretacion aplicara la sagrada, y española, por ser como glosa, las vnas de las otras, y de su mismo autor, que es la declaracion mas cierta: y este declarò ser su animo y voluntad, y lo firmò, siendo testigos Andres Lopez Osorio, Francisco Rubio, Christoual Rodriguez vezinos desta villa; Pedro Collado Peralta. E yo Alonso Rodriguez escriuano publico, y del ayũtamiento desta villa de Villa Palacios, por el Rey nuestro señor, presente fuy a lo que dicho es, en fe dello fize mi signo En testimonio de verdad Alonso Rodriguez, sin derechos.

CAN-

Digitized by Google

CANDIDISSIMO,

AC SAPIENTISSIMO MAGISTRO

Bartholomæo Ximenio Patoni totius Eloquentiæ professori apud Nouum Infantum municipiũ Ildefonsus de Vreña & Loaysa in iure Pontificio Doctor Salutem Impertit.

Elegia cum carmen.

MVsa nouum vatem, sapientem vise Magistrum,
Cûm videas humilis, dic reuerenter: Aue.
Bartholomæe vir insignis, celebrate per orbem
Dicte Pato, proprio iure vocande Plato.
Quodque pates studio cunctis, pateo quasi dictus:
Fama tui excellens hic & vbique volat.
Hoc desiderio Ximeni flagro diserto
Vt sermone fruar, Marte fluente, tuo.
Arcta vicissitudo simul deuinciat ambos,
Vincula perpetuo nos & amore ligent.
Parce, perhorresco vestrarum assumere laudum
Carmen, opus tantum quisquis adire timet.
Insideat si foate animo percurrere velle
Maxima, queis fulgent tuque, librique tui.
Esset adoriri cymba super æquora inermi,
Ac dare in exhausto carbasa rupta mari.
Naufragium tandem fieri, quia viribus impar
Silius ille suis, imposset ipse Maro.
Nedùm ego, qui careo neruis, habilique Minerua
Destituor, scandet naufraga pupis aquas?
A maiore tuum paruam peruenit ad Arcton
Egregium nomen docta per ora virum.

Ingenij

Ingenij fructus plures teſtantur, & omnes
Tempore quàm minimo quot peperiſſe patet.
Funditùs oſtentant, autori quantus Apollo
Fulſerit, & laticis quod ſacro fonte bibit.
Maxima cùm muſis olim commercia iungens,
Aonij quòndam ductus in antra lacus.
Per ſpecioſa dij gradiens viridaria montis
Inſtar apum legit ſtemmata mille ſophos.
Pierides comirantur eum, Dryadeſque ſequuntur,
Vberibus plenis hunc aluere ſuis.
Fauſtus enim petijt precioſos indè theſauros:
Diues & effectus clara trophæa tulit.
Auriçomis ſonant alternis vndique donis
Caſtalides cultum pro ratione virum.
Expoliunt varijs pigmentis, atque figuris:
Libret in anthitetis, qua quoque ſorte ferunt.
Hinc ſit, vt erumpat partus in mille ſuperbos.
Atque cothurnata concinat alta cheli.
Primo eloquẽtis ópus ſi ſpectes, Rhetora pulchrum
Volueris, inuenies compar vtriſque nihil.
Copia Chiliadum concors, prouerbia ad vſum
Innumera Hiſpano reddita more nitent.
Non ſatis immodica celebratur laude, locuſtas
Vt procul eiicias, qui documenta locat.
Innumeros alios, qui dant precepta, Patonem
Vtiliter valdẽ compoſſuiſſe ferunt.
Edita te exaltant tria corpora docta librorum:
Edere plura paras ſub meliore modo.
Expediendus adeſt prælo ter maximus Hermes,
Conſimilis primo conditione trium.
Præſtantes ſophia exuperat virtute magiſtros,
Flamine cum reges nobilitate ſua.

Hoc

Hoc opus heroum reliquorum præterit artem,
Præſtiterit quantùm Pægaſus inter equos.
Non alitèr, quàm qui præcioſas portas ab Indis
Sponte ſua gemmas indicat ante bonas.
Poſteà demonſtrat meliores, abdita capſis
Quæque valent precium maius adauget eis.
Quid mirum tàm plura? biceps ſi culmen habentem
Cynthius exundat, quo locupletat eum.
Cui comites muſæ, placuit cui ſolus oberret,
Solus agit ſtudijs deditus ipſe ſuis.
Virtutes quem mille beant, exemplar honeſtum
Eſſe iuuentuti, conſtat habere ſenes.
Audeo quid? non plura loquar: temerarius eſſem,
Vlteriùs paulò prætereunte gradu.
Vnde ſuper ſedeo fugiens hoc tempus auarum:
Commodiùs peragam, cum tua geſta canam.
Neſtorios viuas annos, applaude canenti
Te velut ipſe, tuum me quoque ſemper ama.
Vale.

Digitized by Google

LIBER VNICVS DE ELOQVENTIA Sacra.

CAPVT I. DE DIFINItione & partibus illius.

ELOQVENTIA ſacra eſt ars eloquium ſanctum exornans. Eloquium ſanctum appello, quod de moribus, de virtutibus, de perfectione, & diſciplina Chriſtiana, & de illis, quę in diuinis literis, ſeu ſacris ſcriptoribus, agit. Hæc ars (ſicut & Romana) in duas tantum diuiditur partes eloqutionem, & actionem; non in plures iiſdem rationibus, quibus à me diſputatum eſt incompendio illius.

Ex antiquis ſententiam hanc Plato, Ariſtoteles,

Digitized by Google

Cicero, Valerius Maximus, & alij ex recentioribus, & noſtratibus Franciſcus Sanctius Brocenſis magiſter Salmanticenſis, Segura Complutenſis, & Ioannes Guzmanus (hic vulgari ſermone) approbauere. Ac ſi mihi obijcias Brocenſem primis ſuis temporibus tres aſſeruiſſe partes; non inficiabor. Sed extremis (quando veritas penitus comprobatur) has duas tantum affirmauit eſſe, faſſus priori ſententia ſe fuiſſe fruſtratum.

Caput. II. de Eloquutione.

ELoquutio eſt ornatus illius, quod dicitur, habereque duas partes, tropum, & figuram, atque quatuor conditiones, proprietates, ſeu virtutes (ſecundum Romani Oratoris, & ſanctorum doctrinam) proprietatem linguæ, perſpicuitatem, exornationem, & aptitudinem.

Vt proprietatem ſerues, illa tria vitia, Barbariſmum, Soleciſmum, & Barbaram lexim fugito; ac ſin taxim, Dialecton, & idioma illius ſermonis, quo vteris, rectè obſeruato. Sic Frater Ludouicus Granatẽſis (inter Eccleſiaſticos ſcriptores meritò annumerandus) præcipit.

Perſpicuitatem D. Auguſtinus Doctor Eccleſiæ, & huius artis inſignis Mediolani inſtitutor, nec non eius amicus, noſter patronus linguarum maximus interpres Hieronymus maximopere commendant.

Ornatam ſtructuram orationis ipſe diuinus ſpiritus laudibus effert dicens: *Fauus mellis compoſita ver-*

Digitized by Google

ba, dulcedo, & ſanitas oſſium. Et etiam: *Qui ſapiens eſt cor de appellabitur prudens, & qui dulcis eloquio maiora repe-riet.*

Aptitudinem, & congruentiam deeſſe orationi omnes vno ore reprehendunt Doctores: & de hoc vicio interpretaremur adagium illud: *Leo quaſibus comedit paleas.* Si inſuperficie, & cortice tantum intelligatur: quando quid fit, aut dicitur extrarem, de qua agitur. Nam inſuperficie, & cortice interpretatum, palearum cibus leoni inſolens eſt, & ſic eſſet abſurdum leoni paleas porrigere. Id enim dicebatur anti quo prouerbio: *Aſino oſſa, cani paleas dant.* Nã leo, & canis carnes, bos, & aſinus ſtramenta mauult: quam aurũ. Sed Cyrillus, Ambroſius, & Pintus illud prophetale inſpiritu exponunt. Hoc certum eſt nullum dictum bonum eſſe, ſi alienum à propoſito, quod intenditur, dicatur.

Sed hæ quatuor virtutes contingunt illis partibus (quas eloquutioni tribuimus) tropo, & figuræ. & quia gloriantur Græci talium figurarum, vel troporum fuiſſe repertores; nec deſſunt, qui eorum vanitatem præſumptam oſtentent, & defendendam ſuſcipiant: hoc libello (lector amice) veritatem tibi peſpicuam facere intendo. Omnes, qui hæc legere voluerint, ſanctã ſcripturam omnibus cæteris ſcriptis non ſolum authoritate (quia diuina eſt) vel vtilitate (quia ad vitam æternam ducit) ſed antiquitate, & ipſa præeminere compoſitione dicendi agnoſcant. Solet enim in ſcripturis ſacris ordo verborum, cauſa decoris, aliter quam vulgaris via dicendi fuit vſa figuratus inueniri; quia hoc oratio vertitur quo-

dammodo,& exornatur.

Solet etiã tropica loquutio reperiri, quæ fit trãſlata dictione à propria ſignificatione ad non propriam, neceſsitatis, vel ornatus gratia. Ideo placuit placere à me petentibus,& collectis exemplis oſtendere,nihil huiuſmodi ſchematum,ſiue troporum valuiſſe prætendere vllis ſæculis eloquẽtiæ magiſtros, quod non ſcriptura ſacra præceſſerit. Atque vt promiſſa, Deo iuuante, adimpleamus, æquum erit iam exponere doctrinam.

CAPVT III. DE VERBIS ſimplicibus.

VErborum ſimplicium tria annotantur genera,noua, priſca, tropica. In tropicis notandũ eſt in eſſe ornatum, vel verbi proprij neceſsitatem;in proprijs, ſeu nouis, ſeu priſcis, claritatem, & veram ſignificationem. Vocabula noua ſunt,quæ ſcriptores iuxta materiam,circa quam verſantur, effingunt. Angelicus Thomas (ex Ciceronis ſententia in Tuſculanis) inquit: *Nouis adinuentis rebus, noua & adinuenienda ſunt vocabula.* Ponitque exemplum in opere nouo Chriſti,& verbo Incarnationis. Cornelius Valerius doctor Chriſtianus affirmat plurima rerum eccleſiaſticarum eſſe vocabula de nouo inuenta. Et ex neothericis doctiſsimus Cardenalis Franciſcus Toletus huic doctrinæ ſubſcribit,dum ait: *Nouis emergentibus rebus nouas licet imponere voces.* Et vt

hæc

hæc fiant, vel ſumuntur de illa lingua, quam ſcriptores in aliam vertunt, ſicut de fonte Græco multa venère Latinis, vt teſtatur Horatius, & Philoſophis multa, vt notat ipſe Cornelius. Et etiam ſcriptores idiomate Latino cõſtituunt multa vocabula Hebraica, eo quod illis Latine, vel lingua, qua interpretantur non aliud occurrit verbum. Vel verbum nouum generatur de illo ſermone, in quem transferunt, & aliquando in his, quæ fiunt per compoſitionem reſilit vocabulum nouum ex vtraque lingua. Hoc contingit illis modis, quibus diximus euenire in Eloquentia Romana, ſcilicet per ſimilitudinem, Onomatopeiam, coniunctionem, & inflexionem. Similitudine fiunt, quando vſitata verba imitamur. *Baptizo, & Incarno* verba ſunt huius generis.

Onomatopeia eſt in illis, quæ aptantur affectibus facta de ſono (ſecundum Venerabilem Bedam) vt D. Paulus: *Cymbalum tinniens, equi hinnitum.* Eſaias: *Rugitus Leonis.* Inflexione, vt â Chriſto *Chriſtiani*, â Martyre *martyrizo.* Adiunctione, vt *Sanctiloquus, Deipara.* Ac ſi maiorem exemplorum deſideras copiam; plurimam inuenies ſegetem in libris, quos contionatores Prædicabiles appellant, ac ipſa vox *Prædicabilis* eſt vox noua per inflexionem.

Priſca, ſeu inuſitata ſunt, quæ in vſu loquentium non ſunt. Et tamen alipuando in orationem veniũt, quia ipſam effingũt grauiorem, vel grandiorem, vel maioris ſignificationis. Hæc quia ſitu obducta; & noua, quia in audita, aures duritie ferire ſolent: oportebit captare benenolentiam dicentes: *Fas ſit ita loqui, liceat ita dicere, vt nouo, priſco, relicto, vel inuſitato vtar vo-*

vocabulo. Et alia.

Tropica, seu translata sunt verba, quæ inueniuntur quolibet quatuor troporum. Tropus est mutatio à propria significatione ad non propriã, cum aliqua virtute ornatus, necessitatis vè gratia. Hæc diffinitio est Bedæ. Atque si attentè eam consideres, inuenies eãdem cum Ciceroniana, Cicero dixit: Mutatio verbi, nõ, sermonis. Beda dicit; *Dictio*, non oratio. Ergo ex Romano Oratore, sacroque concionatore constat tropum dictionem simplicem esse, non orationem constructam, quod sententiæ meæ opitulatur, quam etiam D. Augustinus fuit amplexus. Hi tropi (si rectè consideres) non sunt plures, quâm quatuor Methaphora, Sinedoche, Metonimia, Antiphrasis,

Caput IIII. De Metaphora.

METaphora, seu translatio est mutatio significationis â proprio ad non proprium per aliquam similitudinem. Hęc fit quatuor modis. Primus est ab animato ad animatũ, vt illud Psalmi: *Quare fremuerunt gentes.* Et alius: *Qui eripuit me de ore leonis, & de manu vrsi.* Et: *Si sumpsero pennas meas diluculo.* Nam homines, bestiæ, & volucres, anima constant.

Secundus modus ab in animo ad inanimum vt Zacharias: *Aperi, Libane, portas tuas.* Et Psalmi. *Qui per ambulãt semitas maris.* Trãslatio enim est à ciuitate ad montem, & a terra ad mare, quorum nullum animo

præ-

Digitized by Google

præditum est.

Tertius ab animo ad expers illius. Sic Amos: *Exicatus est vertex carmeli.* Homines enim, non montes verticem habent.

Quartus ab experti animi ad animum. Ezechiel: *Auferam à vobis cor lapideum.* Non lapides, sed animã tes cor habent.

Metaphora aut est tantum partis vnius, vt fluctuare segetes (quia non dici potest: *Segetare fluctus*) aut reciproca, vt *Remigium alarum, & Remigiorum alæ.*

Hic tropus multifarie & ad Deum transfertur. A volucribus in Psalmo: *Sub vmbra alarum tuarum protege me.* A feris Ioel, *Dominus de Sion rugiet.* A membris humani corporis Elias: *Qui mensus est pugillo aquas, & cœlos palmo ponderauit.* Ab homine interiori, *Inueni Dauid filium Iesse virum secundum cor meum.* A moribus mẽtis humanæ, Psalmus: *Tunc loquetur ad eos in ira sua.* Genesis: *Pœnitet me feciße hominem.* Zacharias: *Zelatus sum Sion zelo magno.* A rebus insensibilibus Amos: *Ecce ego stridebo super vos, sicut stridet plaustrum onustum fœno.* Hic tropus ita omnium vsitatissimus est vt parum considerantes alium quemlibet Metaphoram nuncupent nullum admittentes discrimen.

Cathechresis (tropus non distinctus â Methapora, sed quidam modus specialis illius) est vsurpatio, seu abusio nominis, aut verbi alieni ad significandã rem, quæ propria appellatione deficit, vt *parricidam* dicimus, qui occiderit fratrem; & *piscinam*, quæ pisces non habet. Quia hæc nisi extrinsecus sumerent, proprium vocabulum non habent. Hæc loquutio absque dubio inuenitur in Paralipomenon, quãdo

Digitized by Google

dicitur: *Pones vectes in quatuor angulos mensæ per singulos pedes, & sextum sagum in fronte tecti duplicis. Et, ibi confregit cornua arcuum. Et labium illius erat quasi labium calicis, & repandi lilij.* Pedes quippe, frons, & cornu hominum tantum sunt, & animantium, & non rerum insensibilium; quæ nomina si scriptura prælatis rebus non imposuisset: quod proprium ijs diceret, non haberet.

Itaque erit hic Methaphoræ modus procedens à necessitate vocabuli, quia cum non habeat propriũ vocabulum, alieno vtitur. Ad id spectat illud Ioannis: *Est autem Hierosolimis Probatica piscina.* A piscibus nomen accepit aqua illis omnino carens, quia collecta fuit ad leuandas carnes hostiarum, vnde Probaticæ cognomen sortita est. Ne ociosè aliquid repetamus, meminerit lector (si desiderauerit) quæ in Eloquentia Romana dixerimus de modis, quibus Methaphora fiat, de virtutibus, quas habere debeat, & de vitijs fugiendis. Quamquam nostris in authoribus nunquam obuium est vitium, nec harum loquutionum; potius rectè obseruantur virtutes, similitudo scilicet, honestas, & constantia in continuandis, quando multæ occurrunt. Pulcherrimum huius doctrinæ exemplum est illud Apostoli contra hostes spirituales militem Christianum armantis: *Accipite armaturam Dei, vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti state. State ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induti loricam iustitiæ, & calciati pedes in præparationem Euangelij pacis in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi hostis extinguere, & galeam salutis assumite, & gladium spiritus, &c.* Vi-

des

Digitized by Google

des elegantiſsimam militis Chriſtiani, & conſtantem Methaphoram, qua totum ſextum ad Epheſios caput mirificè elucet.

Caput V. De Sinedoche.

SInedoche eſt ſignificatio pleni intellectus capax (inquit Venerabilis Beda) cum plus, minusue pronunciat. Nec compræhendit octo (vt quidam volunt) ſed quatuor modos

Primus quando totum (philicè loquendo) ſumitur pro parte, vt illud apud Ioannem: *Tulerunt Dominum meum.* Dominum totum dixit, cum vellet ſignificare corpus Domini partem intelligens pro toto. E Iacobus: *Magnam Syluam incendit*: id eſt, magnam ſyluæ partem. Et rurſus Ioannes: *Poſuerunt Ieſum in monumento*; id eſt corpus eius.

Secundus cum pars ſumitur pro toto, vt eſt illud Centurionis: *Vt intres ſub tectum meum.* Tectum dixit pro domo. Itẽ dicitur corpus Chriſti fuiſſe in monumento tribus diebus, cum non fuerit ni die vno integro, & quota parte aliorum duorum Veneris & Dominici Ioannes: *Verbum caro factum eſt.* Sic etiam *Sabbathum* accipitur pro hebdomada, iuxta illud Matthæi: *Ieiuno bis in Sabbatho.* Sed aduerte, partem ſupponentem pro toto debere eſſe præcipuam illius, vt ſunt tectum pro domo, caput pro homine, puppis pro naui, Sabbathum pro ſeptem diebus. Eſt etiã notandum, ab authoribus grauiſsimis reduci ad hũc modum, & tropum quando anima ſumitur pro ho-

mine, ferrum pro gladio, aurum, & argentum pro aurea, & argentea pecunia. Et merito quia partes præcipuæ sunt harum rerum. Nec mirère si hæc exẽ pla mihi fuerint in Metonimia, quia illic ponentur vt causæ.

Tertius modus, quando genus constituitur pro specie, vt illud Prudentij in hymno.

Ales diei nuntius
Lucem propinquam præcinit,

Cum gallum vellet significare, Ales dixit, quæ non solum auem, sed quidquid alatum est demonstrat. Et illud: *Plantauit Dominus Deus lignum in medio Paradisi*, vbi genus lignum procerta specie arboris.

Ad hunc modum est referenda Anthonomasia; hæc enim non constituit tropum alium à Synedoche, sed hoc cõtinetur. Nil enim aliud est, quam nomen proprium alicuius excellentiæ causa significari nomine communi, vt *Apostolus* intelligitur Paulus iuxta illud Hieronymi: *Nouissimus ordine, primus meritis. Euangelista* significatur Ioannes. *Baptista* nomen est commune cuilibet baptizanti, & illo intelligimus Ioannem filium Zachariæ. In hymno dicitur *Propheta* pro Dauid.

Nocte quæramus pium,
Sicut propheram nouimus.

Et alio loco inquit Idem Ambrosius Doctor Ecclesiæ.

Mentes, manusque tolimus,
Propheram sicut nouimus.

Etiam spectat ad hunc tertium modum illa eloquutio, quando maiestatis, vel authoritatis gratia

Digitized by Google

numerum pluralem pro singulari ponimus, & dicitur Anocatio, vt Dauid de se in Psalmo: *Peccauimus, iniustè egimus, iniquitatem fecimus.* Sic Thobias: *Peccauimus supra multitudinem arenæ maris.* Paulus: *Accepimus gratiam, & Apostolatum.* Et absque hac authoritate Matthæus: *Et latrones blasphemabant eum.* Solus quippe vnus blasphemauit. Huc referemus numerum infinitum pro finito, vt illud regum: *Aurum infinitum nimis*, pro multo auro, quod vix poterat appendi. Et Paralipomenon: *Facti sunt ei infinitæ diuitiæ*; ideſt, cum difficultate magna poterant eius diuitiæ numerari.

Quartus modus, quando ſpecies ponitur pro genere, vt illud Matthæi: *Si enim fœnum, quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit.* Fœnum pro qualibet herba ſumitur, & conſtat, quia loquebatur de lilijs, herbis, & floribus per pulchrè veſtitis. Huc attinet numerus ſingularis pro plurali. Hinc in ſacris. *Amorrhæus* pro Amorrhæis. *Iebuſæus.* Pro Iebuſæis. Et illud Pſalmi: *Vidi impium ſuper exaltatum*; hoc eſt, impios. Et illud: *Venit locuſta, & bruchus, cuius non erat numerus*; pro locuſtis, & bruchis. Quod frequentiſsimum eſt in illis.

Huius loci eſt quando numerus finitus, pro infinito accipitur. Hoc contingit frequentius in hoc numero Septem, vt illud Leuitici: *Percutiam vos ſepties*; id eſt, ſæpe, ac ſæpius. Et in Prouerbijs: *Septies in die cadit iuſtus.* Ac Luca: *Si ſepties in die peccauerit*; hoc eſt, multoties.

CAPVT

Caput VI. De Methonimia.

Methonimia est quædam transnominatio ab alia significatione ad aliam proximitatem translata (secundum Bedam) cuius multi sunt modi. Primus est quando quæuis causa ponitur pro eius effectu, tam efficiens, quâm materialis, formalis, finalis, & etiam exemplaris, & instrumentalis. Efficiens est, vt illud Matthæi: *Ite maledicti in ignem æternum.* Ignis causa efficiens tormenti sumitur pro ipso tormento combustionis. Et illud: *Vinum, & mulieres faciunt apostatare á Deo.* Vbi vinũ pro ebrietate, mulieres pro scortationibus posuit. Hinc inuentor, & author alicuius rei pro illa accipitur, aut ille qui præest alicui rei pro ipsa re. Inde, *Salomõ, Esdras, Thobias, Matthæus, Lucas, Augustinus, Hieronymus,* & multi alij pro operibus ab eis compositis, ordinatis, seu scriptis inueniuntur frequentissimè. Et apud Doctores Ecclesiasticos, sicut apud seculares inuenies *Venerem,* seu *Cupidinem* pro amore *Vulcanum* pro igne, *Hymenæum* pro nuptijs, *Cererem* pro pane. *Bacchum* pro vino *Martem* pro bello, & alias loquutiones huiusmodi præsertim in Diuis Hieronymo, & Augustino.

Ad hanc causam est reducenda instrumentalis, Ideo Gula (cùm propriè significet fistulam interiorem colli constantem ex carne, & neruo, per quam cibus, & potus in ventriculum defluit) sæpissimè sumitur pro nimio excessu in edendo, & bibendo, &

ideo

ideo vnum ex vitijs capitalibus Gula appellatur.

Lingua, seu os pro verbis; cor, seu mens pro cogitatu, manus pro operibus. Ecclesia frequentissimè vtitur his loquutionibus in hymnis. Sed audias Dauidem in Psalmis: *Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea.* In super Ecclesia: *Nec lingua mendax, nec manus.* Hoc est, nec verba mendacia, nec opera siniſtra.

Materialis quando materia ponitur pro re, quæ ex illa constat. Sic aurum, & argentum pro aurea, & argentea pecunia. Petrus in Actis. *Argentum, & aurum non est mihi*, ideſt, aurei, & argentei numi. Ferrũ pro gladio illud Numerorum: *Siquis ferro percuſſerit.* Ebur pro rebus ex illo factis Paralipomenon: *Ebur, ſimias, & pauos.* Sic etiam lignum, plumbum, æs & orichalcum pro rebus ex ipsis compoſitis. *Alabaſtrũ* pro pyxide alabastrina ponitur quater apud tres Euangeliſtarum.

Formalis causa quando forma, quæ dat perfectionem compoſitæ rei, vicem totius gerit. Sic hæc vox Anima pro toto homine frequẽtiſsima est, & etiam pro vita hominis. In Geneſi: *Omnes animæ quatuordecim, omnes animæ ſeptem*; hoc est, omnes homines. Et: *Benedicat vt ibi anima tua*; ideſt, tu mihi benedicas. Quando pro vita, vt illud Iob: *Animam illius ſerua*, & tunc est causa efficiens.

Nec sunt accuſandi, qui hæc etiam exempla locant in Sinedoche, quando pars pro toto conſtituitur; nam verum etiam est.

Finis pro medijs. quibus ipsum adipiſcaris etiam inuenietur in ſacris. Quia quando apud Ioannem le

gimus:

Digitized by Google

gimus: *Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum*: nomine finis (qui est vita æterna) nũcupat ipse Christus media, quibus ipsam adipisci sumus curaturi. Sic etiam *Credere in Deum*, quod est opus fidei viatoribus tantum fungendum appellat vitam æternam. Huc reducas, quando Idęam pro repræsentato constituas, & quando imaginem referentem Deum, vel Angelum, vel aliquem Sanctorum nomine Dei, Angeli, vel Sancti profers. Quod vsitatissimum est. Quando Esaias dicit: *Cum inferno fecimus pactum*. pro inferno fine (in quem tendunt peccatores) significat vitia, quæ nos eo submittunt. Et alia multa. Secundus Methonimiæ modus est, dum effectus pro causa vsurpatur, vt illud Geneſis: *Dies peregrinationis meæ pauci, & mali*. In quo voluit significare labores, & mala, quæ Patriarcha Iacob perpessus fuerat. Sic mors dicitur amara senectus bona, superba tempora, velox fama, seu bona, fames valida. Et quam plurima reperiuntur epitheta in hunc modũ. Nec est cur dicamus epiteta, efficere tropum distinctum, vel constituere figuram aliam. Nam cum ab effectibus vt in plurimum deducantur, huc referenda mihi videntur. Et hæc quando sunt impropria vt illud hymni. *Læti bibamus sobriam ebrietatem spiritus*. Baptista Mantuanus in Conceptione: *Præceps religio, pietas temeraria*. Etiam annumeratur huic tropo, si pro resignata signum apponatur. Sic sceptrum, & corona pro imperio, seu regno, baculus pro moderamine Ecclesiastico, virga pro iudicio sæculari, baculus etiam pro misericordia, virga pro supplicio. Vnde illud Psalmi vtrũ-

que

Digitized by Google

que compræhendit: *Virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.* Et illud Geneſis: *Non auferetur sceptrum de Iuda*: hoc eſt, eius poſteritas imperabit, & regnabit. Et quando in eodem capite Iacob, ſuis communicat benedictionem filijs brutorum, aliorumque rerum ſenſu carentium nomina indidit; abſque dubio Methaphora vſus fuit ob ſimiles proprietates, quas vaticinio pręuio in illis agnouit. Sed tamen quando illa inueniemus nomina pro gente ſuæ tribus poſtera, ſigna ipſius ſunt. Et (ni fallor) eſt qui dicat ipſas tribus in exitu Iſrael de Aegipto, domus Iacob de populo barbaro his ſymbolis vſas fuiſſe, vt vnaquæque ad ſuam certam ſtationem, & peculiare tentorium conueniret. Et tunc ſignum illud pro gẽte illius tribus ſecundus Methonimiæ modus eſt, vt *aqua* pro tribu Ruben, *vaſa* pro Simeone, & Leui, *aſinus* pro Iſſachar, *coluber* pro Dam, *panis* pro Aſſer, *cervus*, pro Neptali, & cęt. Ne te laſſum onerem, quam plurima alia omittam mihi illa perſcruptanti admodum iucunda, tibi lector, quia meo labore adhibita, fortaſſe ingrata. Ideo vlterius progrediamur.

Tertius modus cum nomen ſubiectæ ad rem adiunctam transfertur, ſicut ex eo, quod continet, id quod continetur intelligitur, vt illud Matthęi: *Turbatus eſt Rex Herodes, & omnis Hieroſolima cum illo*, vbi ciuitas pro ciuibus. Et pſalmographus: *Lærata eſt Aegiptus in profectione eorum*; id eſt, omnes habitatores illius prouintiæ. Et domus pro familia, & etiam pro ſtirpe, ſeu generatione. Et illud Matthęi: *Calicem bibemus*, ibi calix pro potu. Et poſſeſſor pro re poſſeſſa in Geneſi frequentiſsimè. *Iudas cum fratribus ingreſſus*

eſt

eſt ad Ioſeph; id eſt, domum, ſiue cubiculum eius. Et, *Non poſſum redire ad patrem.* In domum patris voluit ſignificare. Et, *Intrauero ad ſeruum tuum.* Et, *adducite eum ad me*; hoc eſt, ad domum meam. Et cum dux pro militibus, ſeu copijs, vt in Exodo: *Fugauit Ioſue, Amalec.* Ioſue cum ſuis militibus Amalec, & eius copias fugere coegit. Hoc modo dicitur. *Iſrael caſtramentatus eſt, Iſrael reuerſus eſt.* Nomen Patriarchæ pro poſteris Iſraelitis. Et nomen cuiuſcunque tribus pro gente poſtera illus. Quod ſępius occurrit in ſacris. Huius loci etiam eſt cum *ſedes Apoſtolica* ponitur in Concilijs, & Doctoribus ſacris pro ipſo Summo Pō tifice, ſeu Papa patre patrum. Et cum templum nun cupatur nomine imaginis, quę in eo titulum, & vocationem primam occupat, vt vulgo dicere ſolemus *Diuam Mariam* eius baſilicam, *D. Paulum* eius tēplum, *ſanctam Andręam* eius ędes. Eſt etiam cum patriarcharū, & fundatorū nominibus eorū ſignificamus fraternitates, & religiones, vt *Benedictus, Bernardus, Dominicus, Franciſcus* prędentes nobis faciūtillas, quas inſtituere regulas, normas, ordinē, & habitū.

Quartus modus cum ex adiunctis res obiectas intelligimus, adiunctæque rei nomen ad rem ſubiectam transfertur. Dialectici dicerent quando abſtractis pro concretis vtimur. Grammatici cum ſubſtantiuo pro adiectiuo. Exempli cauſa ſit illud Matthæi: *Abundauit iniquitas*; id eſt, iniqui, & ſcelerati. Et Pſalmus: *Abundauit ſuper muros eius iniquitas, & non defecit de plateis eius vſura, & dolus.* Pro iniquis, vſurarijs, & doloſis, Sic: *Auaritia dominatur*; hoc eſt, auari. Vitium denique pro vitioſo, & contra ſicut, *veritas vincit*; id

eſt

Digitized by Google

eſt homines, qui defendunt veritatem. Et quæuis virtus pro illius ſtudioſis, & amicis.

Quintus modus cum ex antecedentibus conſequentia inferuntur (nam epitetis improprijs in diuinis non eſt locus) aut cum ex ſequentibus præcedentia. Ac ſi rectè totam Methonimiam conſideres: nil aliud continetur. Neſcio quo pacto quidam id tribuère Sinedoche. Et quia aliquando obuia ſunt exempla, quæ cui modo annumeres, ignores; ideo hunc fecimus quintum modum. Vt illud Pſalmi: *Labores manuum tuarum quia manducabis.* Qua ſi diceret: Beatus es, & bonum tibi erit, eo quod quidquid laborando lucratus fueris erit tibi potui, & cibo. Ita eſt *ſupplicium*, cum propriè ſupplicationem, & preces humiles ſignificet: hoc tropo, & modo transfertur ad ſignificandam punitionem. Vt illud Iudith: *Iubeat interire ſupplicijs.* Et illud Geneſis: *In ſudore vultus tui veſcèris pane tuo.* Sudore pro labore dixit. *Lux* pro vita, *puer* pro filio, vel famulo.

Sextus modus ſit Methalepſis, quia non ſignat tropum diſtinctum ab hoc, ſed eſt ſpecialis illius forma, & pars. Et eſt dictio gradatim pergens ad id, quod eſt proprium, & ab eo, quod præcedit, id, quod ſequitur inſinuat. Vt illud Matthæi, & Hieremiæ: *Rachel plorat filios ſuos, & noluit conſolari.* Vbi Rachel pro regione Betlemitica, vbi ſepulta fuit, & rurſus regio pro incolis geminata Methonimia. Ac attentè conſiderantibus obuia erũt alia exempla in veteri inſtrumento præſertim.

Digitized by Google

Caput VII. de Antiphrasi.

ANtiphrasis tropus est, nec Ironiæ pars (vt multi pro certo habent.) Est contraria loquutio, qua dictio contratium significet absque irrisione. Et ideo Gartia Galarza Episcopus Caurienſis putat fere eãdem cum Cathacresi (sed non est) affertque nomen Piscina pro vtriusque exemplo. Sed quæ communiter authores dicunt esse huius tropi sunt Bellum, cum non sit bonum; Lucus, cum minimè luceat, Parca, quæ nemini parcit. Diuus Hieronymus non assentiretur Brocensi scribens Onàso sic. *Anideo tibi bellus videris, quia fausto vocaris nomine, quasi non & lucus ideo dicatur, quod minime luceat, & parca, quod nequaquam parcant, & Eumenides furiæ, quod non sint benignæ, & vulgo Aetiopes vocentur argentei.* Quæ per Antiphrasim dici certũ est pace illius. Euphomiſmus est etiam modus huius tropi. Quando impia pijs proferuntur verbis: Vt illud Regum: *Benedixit Naboth Deum, & Regem;* id est, Maledixit, blasphemauit. Et si aliter Doctissimus pater Martinus de Roa sentiat. Ego sacrorũ scriptorum doctrinam sequar dicentium super illa Iob per antiphrasim exponi, vide illos, & renuere non valebis. Et *sacer* pro execrando. Hæc vox *Anáthema* propriè idem quod sacrum significat, & per Antiphrasim Euphomiſmon ponitur pro execrando, & tamquam Ethnico fugiendo.

Si longiorem doctrinam huius tropi desideras,

obse-

obsecro (lector amice) ne tibi molestum sit Romanam Eloquentiam nostram (quam tibi etiam libẽtissimus trado) videre, ac legere, vt meliùs ad conformationes verborum progredi possis.

CAPVT VIII. DE FIguris verborum, ac primum de illis, quæ fiunt per adiectionem.

FIgura Latinè, schema Græcè est conformatio quædam orationis remota à communi, & primum se offerente ratione, qua rectus sermo in alium cum virtute mutatur.

Figuræ aliæ sunt verborum, aliæ sententiarum. Figuræ verborum fiunt triplici ratione, scilicet adiectione, abstractione, & commutatione. Ex quibus primùm agemus de illis, quæ fiunt per adiectionem.

Repetitio sit prima, ita dicta per Antonomasiã Latinè, Græcè Epanaphora, Epibole, Anaphora (quam alij interpretantur relationem) est quando ab eodem principio sæpe procedit oratio. Qua sacer textus fuit frequẽtissimè vsus. Apud Matthęũ: *Beati mites*, &c. *Beati qui lugent*, &c. *Beati, qui esuriunt*, &c. *Beati misericordes*, &c. *Beati mundo corde*, &c. *Bea-*

ti pacifici,&c. *Beati qui perſequutionem*,&c. Et in Pſalmo vigeſsimo ſexto. Sæpiſsimè repetitur in Pſalmo centeſsimo quadrageſsimo octauo, & in centeſsimo quinquageſsimo id verbum, *Laudate*. Et in Matthæo capite vigeſsimotertio hoc: *Væ vobis Phariſæi*,&c.

Conuerſio, ſiue Epiſtrophe, Epiphora eſt qua idem verbum ſæpius in eundem finem conuertitur. Illa Apoſtoli ad Corinthios eſt elegantiſsima: *In quo quis audet, in ſapientia dico, audeo & ego. Hebræi ſunt, & ego. Iſraelitæ ſunt, & ego. Semen Abrahæ ſunt, & ego. Miniſtri Chriſti ſunt, & ego. Vt minus ſapiens dico, plus ego.* Pſalmus centeſsimus trigeſsimus quintus ſæpiſsimè conuertitur in hunc finem: *Quoniam in ſæculum miſericordia eius.* Cēteſsimus quadrageſsimus quartus in hunc: *In ſæculum, & in ſæculum ſæculi.* Et in eodem pluries repetitur hoc verbum *Narrabunt*. Et in alijs Pſalmis alia referuntur verba.

Complexio, Eparaſtrophe, Simplocc, Cenotes ex ſuperioribus compoſita, quia â Repetitione incipit, & in conuerſionem definit, vtramque complectitur. Alij hanc Latinè appellant Complicatio nem, ſeu Congeminationem. Canticum trium puerorum incipit in hoc verbo *Benedicite*, & definit in hoc *Domino*, ſæpiſsimè. Et illud exemplum D. Bonauenturæ eſt pulcherrimum, & ſuauiſsimū. *Si vis* (inquit) *patienter tollerare aduerſa; vaca orationi. Si vis tentationes, & tribulationes ſuperare: vaca orationi. Si vis pravas affectiones conculcare; vaca orationi. Si vis aſtutias Satanæ cognoſcere: vaca orationi. Si vis læ-*

tanter

tanter viuere in opere Dei, & per laboris, & afflictionis viam incedere; vaca orationi. Si vis spirituali in vita te exercere, & carnis curam non agere in desiderijs; vaca orationi. Si vis vanas cogitationum muscas effugare; vaca orationi. Si vis denique vitia extirpare, & virtutibus ornari; vaca orationi.

Conduplicatio est verbi geminatio. Geminantur autem verba modis plurimis. Cùm principio dicitur verbum, & ad extremum refertur; dicitur Circulus, Periodus, Orbis, Epanalepsis. Vt illud: *Vanitas vanitatum (dixit Ecclesiastes) vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* Et illud Psalmi: *Reges terræ, & omnes populi; principes, & omnes iudices terræ.* Et illud Prudentij, & Ecclesię:

Nihil loquamur subdolum.
Voluamus obscœnum nihil.

Quando idem iteratur verbum, quod nullo medio principio adiungitur; dicitur â sapientissimis viris Epizeuxis. Tale quidem est illud Psalmi: *Domine, Domine virtus salutis meæ.* Et illud Esaiæ: *Consolamini, consolamini populo meus.* Et alio loco: *Viuens, viuens, ipse confitebitur tibi.* In fine illud: *Qui dicunt mihi, euge, euge.*

Repetitio verbi in fine vnius sententiæ, & in principio alterius dicitur Anadiplosis. Vt illud Hieremiæ: *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & quæsierunt sibi cisternas; cisternas, quæ non valent aquam continere.* Et tunc potest esse continua, aut disiuncta, Vt illud Psalmi: *Laudate Dominum in sanctis eius, laudate eum in firmamento virtutis eius.*

Resumptio epitome est cum post aliqua multa interposita perspicuitatis gratia resumimus, quod in principio collocauimus. Hac vsus est Ecclesiastes primo capite, quia cum dixisset: *Nil sub sole nouum*, infra ad maiorem explanationem affirmat se cuncta vidisse, quæ sub sole fierent.

Regresio, seu Epanodos quando bina proposita repetuntur. Tale est illud Sedulij loquentis de prima fœmina.

Heu noxia coniux,
Noxia tu coniux magis, an draco perfidus ille?
Perfidus ille draco, sed tu quoque noxia coniux.

Mirum exemplū, & triplex est hoc Regresionis, Circuli, & etiam Anadiplosis: Et huius Regresionis est illud Pici Mi-randulani:

Sed premit, heu miseros tantæ indulgentia sortis,
Quos fecit natos gratia, culpa reos.
Culpa reos facit, sed vincat gratia culpam,
Et tuus in nostro crimine crescat honos.

In diuinis etiam inuenitur Triplicatio verbi, Vt illud Esaiæ: *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth.* Et illud: *Veni, veni, veni.*

Traductio, vel Ploce est etiam membrum huius conduplicationis, cum paululum immutata, atque deflexa verba in oratione ponuntur. Exemplum in prece dominica: *Panem nostrum, debita nostra, debitoribus nostris.* Et in Angelica salutatione ex ore Elisabeth: *Benedicta tu, benedictus fructus.* Et in Psalmo: *Deus meus, salus mea, refugium meum.* Huc pertinet illud Psalmi: *Laudate eum cæli cælorum, & aquæ,*

Digitized by Google

quæ ſuper cœlos ſunt laudent nomen Domini. Quando ſic fit in diuerſis caſibus dicitur Polyptothon, *Cœli, Cœlorum, cœlos,* & etiam, *Laudate, laudent.* Et quamuis exemplum ſit prolixius ſolito, quia ad laudem Bartholomæi (cuius nomen mihi indigno eſt) ſpectat, referam hymnum, & in fine cuiuſlibet verſiculi inuenies eius nomen declinatum hac exornatũ figura.

Laudibus dignis reſonemus hymnis,
Additur cœlis Domino fidelis,
Cuius elatus meritis beatus
Bartholomæus.
Indiæ cœtus modulare lætus,
Vocibus feſtis iubilant canorum,
Gloriæ ſanctum recolens triumphum
Bartholomæi.
Hominis ſedem gemebundus ædem
Hoſtis antiquus fugiens iniquus
Triſtis abſcedit, querulusque cedit
Bartholomæo.
Nouerit iſtum latere magiſtrum
Indus antiquum fugiendo ritum,
Veræ ſementem fidei ſerentem
Bartholomæum.
Te patrem Petro memorem beato,
Qui tenet primam nonadam ſacratam
Hexade prima, tibi ſors ſecunda
Bartholomæe.
Laus Deo Patri, genitæque proli,
Flamini Sancto reboat in alto

Gloria cœlo requie petito
Bartholomæo. *Amen.*

Authorem ignoro.

Gradatio, seu Clymax est quãdo per modum gradu um sursum versus redditur, ita vt verbum orationis antecedentis vltimum sit primum subsequẽtis. Et vt clariùs dicam, est Anadiplosis multiplex. Vt Paulus ad Romanos: *Tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem spes autem non confundit.* Et ad Ephesios: *Caput mulieris vir, caput viri Christus, Christi verò caput Deus.* D. Cyprianus: *Inuidere* (inquit) *Melioribus leuè apud quosdam crimen videtur; Dum existimatur leue, non timetur. Dum non timetur contemnitur. Dum contemnitur, non facilè vitatur.* Apostolus, & sancti Doctores hanc sæpissimè vsurpãt figuram. Matthęus etiam in descriptione Christi generationis frequentissimus est. Ait enim: *Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Iacob, Iacob autem genuit Iudam & fratres eius, Iudas autem genuit Phares & Zaram de Thamar.* &c.

Synonimia, seu interpretatio est quando coaceruantur multa verba augentia, vel minuentia, vel saltem explicantia. Vt illud Psalmi: *Venite, exultemus Domino, iubilemus Deo salutari nostro, præoccupemus faciem eius in cõfessione, & in psalmis iubilemus ei.*

Quidam verò affirmant debere collocari in numero Schematum sententiarum. His tamen respõdemus, si verba coaceruentur, esse Interpretationem verborum; si verò sensus, esse sententiarum, sicut & distributio, Correctio, & Periphasis inue-

niun-

Digitized by Google

niuntur tàm ſententiarum, quàm verborum. Etiã illud Eſaiæ eſt elegans exemplum: *In illa die auferet Dominus ornamentum calceamentorum, lunulas, torques, monilia, armilas, mitras, diſcriminalia, periſcelides, munerulas, olfatoriola, inaures, & annulos.* Hoc loco (inquit Frater Ludouicus Granatenſis) monendus eſt contionator, ne ſpecie recti deceptus pluribus verbis idem ſignificantibus eamdem ſententiam oneret.

In his figuris nõ inopia fit, vt idem verbum reddatur ſæpius; ſed ineſt lepos quidam, qui facilius auribus diiudicari, quàm verbis demonſtrari poteſt. Et quamuis huic virtuti vitium ſoleat eſſe finitimum (vt contingit in Exautologia, Macrologia, Periſologia, & in alijs Pleonaſmi ſpeciebus) in ſacris nullus omnino eſt huic vitio locus; quia nec iota, nec apex otioſè ponuntur. Si quando quæpiã dictiones lectori obuiæ ſint, quæ Pleonaſmi videantur faciem, ſpeciemque habere; perſuadeat ſibi potiùs Emphaſim continere, quàm quid otioſum; fit enim ad maiorem expreſsionem rei. Tale eſt illud Pſalmi *Incẽderunt igni ſanctuarium tuum.* Cõſtat enim, quòd aqua incendi non poterat. Et aliùs Pſalmi: *Voce mea ad Dominum clamaui.* Et apud Matthæum: *Deſiderio deſideraui.* Et; *Gauiſi ſunt gaudio magno valde.* Et rurſus Pſalmiſta: *Euntes ibant. Venientes venient.* Et Matthæus rurſus: *Aperiens os ſuum docebat eos.* Et Eſaias: *Væ genti peccatrici, populo graui iniquitati, ſemini nequam filijs ſceleratis.* Harum partim ego Traductioni, partim Synonimiæ, ſeu Auxeſ-

si, vel certè Frequentationi tribuo. Sed quando locutio coniunctionibus abundat (quod habet Polysindethō) etiam in sacris præsè quamdam Energiam fert. Tale mihi videtur illud Psalmi: *Dominus conseruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum eius.* Hāc Ecclesiastes, seu Contionator verbi sacri doctrinam certam habeat, illam amet, illam osculetur, illam amplectatur, vti verisimam, & quasi de fide tenendam. Sed etiam ad illas transgrediamur exornationes, quæ abstractione verborum cōmitūtur.

CAPVT IX. DE FIGVris Verborum, quę per abstractionem fiunt.

QVAE ex his prima occurrit Dissolutio Articulus, siue Membrum Latinè, Græcè verò Asindethon, siue Dileton nuncupatur. Et est cùm oratio caret prorsus coiunctionibus. Vt illud Psalmi: *Iubilate Deo omnis terra, psalmū dicite nomini eius, date gloriam laudi eius. Dicite Deo, &c.* Et alius: *Peccauimus cum patribus nostris, iniustè egimus, iniquitatem fecimus.* Nec si vnum exemplum duobus, vel pluribus schematibus annumerem, mi

reris,

Digitized by Google

reris, lector. Nam sub diuersis considerationibus id accidit. Hunc posui locum pro exemplo pluralis pro singulari in Synedoche; & hic quia multæ orationes coniunguntur absque copula, & poteram collocauisse in Synonimia, & poterimus in alijs.

Adiunctio, Zeugma, Ipozeugma, seu Prothozeugma est quando ad vnum verbum, quod primum, aut extremum in periodo collocatur, plures sententiæ referuntur. Tale est illud Apostoli: *Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à vobis.* Et: *Neque adulteri, neque rapaces, neque molles, neque masculorum concubitores regnum Dei possidebunt.* Et: *Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio, an persequutio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque formido, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei.*

Sylepsis est, quando id, quod in oratione desideramus, è proximo decerpimus mutato genere, numero, aut aliquo ex attributis. Vt illud Psalmi: *Tunc repletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exaltatione.* Et alius: *Ipse est Dominus Deus noster, nos autem populus eius.* Et rursus: *Ipse fecit nos, & non ipsi nos.*

Disiunctio, seu Hypozeuxis est, in qua singula verba, vel sententiæ singulis quibusque clausulis subiunguntur. Vt illud Psalmi: *Potentiam tuam pro-*

nun-

nuntiabunt; magnificentiam gloriæ ſanctitatis tuæ loquentur, & mirabilia tua narrabunt; virtutem terribilium tuorum dicent, & magnitudinem tuam narrabunt; memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ eructabunt, & iuſtitia tua exultabunt. Huc etiam pertinere arbitror illud Apoſtoli: *ſiue prophetiæ euacuabuntur, ſiue linguæ ceſſabunt, ſiue ſcientia deſtruetur.*

Synedoche figura non tropus, Subintellectio (quam alij Elypſim, alij Eclypſim appellant) eſt quoties id, quod in oratione deſideratur, foris omnino petitur. Quoties in verbis tacetur perſona, Synedoche, vel Eclypſis eſt. Verbi gratia: *Tribuo vobis*, tacetur Ego. *Prophetaſti*, tacetur Tu. *Blaſphemauit*, ſiletur Iſte. Ac ſi ſubſtãtiuũ ſupprimatur in adiectiuo: *Aeternũ*, ſeu *In aternũ*, ſcilicet *ſpatiũ durationis.*

Synecioſis eſt, quæ duas res colligat diuerſas. Tale arbitror illud Eccleſiaſtè: *Iuſtum, & impium iudicabit Deus.* Et illud Hieronymi: *Tam deeſt auaro, quod habet, quàm quod non habet.* Item: *Aut amore labuntur aut odio.*

CAPVT X. DE FIGVris verborum, quæ per cõ mutationẽ fiunt.

PAranomaſia, Annominatio eſt mutatio dictionum per alterationem literarum, ſeu ſylbarum.

Fit

Digitized by Google

Fit quinque modis. Primo adiectione literæ, vel syllabę, vt illud Cypriani: *Capilli tibi non sunt, quos Deus fecit, sed quos diabolus infecit.* D. Bernardus: *Futuram gloriam hominis damon vidit, & inuidit.* Paulus: *Videte malos operarios, videte concisionem, nos verò esse circumcisionem, qui spiritu Deo seruimus.*

Secundo detractione. Idem Apostolus: *Subsistinetis enim insipientes, cum sitis ipsi sapientes.* Prouerb. *Stultitia gaudium Stulto.* Leuitici: *Nolite facere iniquũ æquus sit sextarius.*

Tertiò commutatione. Cyprianus: *Defuncti non sunt lugendi, cum sciamus non amitti, sed præmitti.* Bernardus: *Benigna Charitas affluit, non defluit.* Idem *Cain munera Deus non respicit, quia illum despicit.* Augustinus: *Charitas, & emendat, & commendat cætera.*

Quarto transpositione earũdem literarum. Ex eisdem enim fiunt duæ dictiones diuersa significantes, vt *Vanus, Nauus, Roma, Amor, Prauus, Parvus.*

Quinto varietate accentus, vt *Auium dulcedo ducit ad auium. Ille amat Curiam, non Curiam,* hoc est, amat meritricem, non senatum. Non enim hìc occurrère exempla; nec fuit ex illis, quos percontatus fui, vnus qui vnum præberet.

Similiter Cadens, seu Homoiotophon est cum in eosdem fines verba cadunt, vt est illud Cypriani: *Vinolentia inuitet, inflet superbia, iracũdia inflamet, rapacitas inquietet, crudelitas stimulet, ambitio delectet, Libido præcipitet.* Idem. *Cœlestis hominis imagines virgines portant stabiles in fide, humiles in timore, ad omnem tollerantiam fortes, ad sustinendam iniuriam mites,*

ad faciendam misericordiam faciles, fraterna pace vnanimes, atque concordes.

Similiter desinens, seu Homeutholeuthon est quando fines verborum (vt Hispani dicimus) consonantes sunt. Hieronymus: *Nec Sansone fortior, nec Dauid sanctior, nec Salomone poteris esse sapientior.* Ezechiel: *Si genuerit filium latronem sanguinem effundentem, in montibus comedentem, vxorem proximi sui polluentem, aliena rapientem, pignus non reddentem, abominationem facientem, ad vsuram dantem amplius recipientem: numquid vita viuet?*

Compar, vel Isocolon in duabus superioribus semper inuoluta, & inserta inuenitur, sicut in similiter desinente est similiter cadens. Hæc igitur est, quæ habet membra, quæ constant expari ferè numero syllabarum. Cyprianus: *Aut superbia inflatus es, aut auaritia rapax, aut iracundia sæuus, aut alea prodigus, aut vinolentia temulentus.* Et *miraris in pœnas generis humani iram Dei crescere, cum crescat quotidie quod puniatur?*

Contrapositum, Contentio, Anithetos, seu Antithesis est quando verba quomodocumque opponuntur per relationem, priuationem, contrarietatem, seu contradictionem. Hoc contingit sex modis. Primo quando singula verba singulis verbis opponuntur. Sic Esaias: *Et erit pro suaui odore fœtor, pro zona funiculus, pro crispante crine calui-tium, & pro fascia pectorali cilicium.* Cyprianus: *Gratulandum est, cum improbide Ecclesia separantur, ne columbas, ne oues Christi sæua sua, & venenata contagione*

Digitized by Google

prædentur. Cohærere, & coniungi non poteſt amaritudo cum dulcedine, caligo cum lumine, pluuia cum ſerenitate, pugna cum pace, cum fœcunditate ſterilitas, cum fontibus ſiccitas, cum tranquilitate tempeſtas. Apoſtolus: *Maledicimur, & benedicimus perſequutionem patimur, & obſecramus.*

Secundo quando bina, vel plura binis, vel pluribus opponuntur. Auguſtinus: *Vterque eſt reus, qui veritatem occultat, & qui mẽdacium dicit, quia ille prodeſſe non vult, & iſte nocere deſiderat.* Idem: *Nemo peritorum, aut prudentium putet, quod minus ſit periculum in verbis lingua mentiendo, quam in manibus ſanguinem fundendo. Melius eſt autem pro veritate pati ſupplicium, quàm pro adulatione beneficium.*

Tertio quando ſententiæ ſententijs opponuntur. Cyprianus: *Dei filius hominis eſſe voluit, vt nos filios Dei faceret. Humiliauit ſe, vt populum, qui prius iacebat erigeret. Vulneratus eſt, vt vulnera noſtra ſanaret. Seruiuit vt ad libertatem ſeruientes extraheret. Mori ſuſtinuit, vt vulnera noſtra ſanaret, & moriens immortalitatem mortalibus exiberet.* Idem: *Sub ipſa autem paſſionis hora quæ conuitiorum probra? quæ contumeliarũ tollerata ludibria? vt inſultantium ſputamina patienter exciperet, qui ſputo ſuo cæci oculos paulo ante formauerat. Et cujus in nomine nunc aſeruis ejus Zabulus cum Angelis ſuis flagellatur, flagella ipſa pateretur. Coronaretur ſpinis, qui Martyres floribus coronat æternis. Pſalmis in faciem verberaretur, qui palmas vincentibus tribuit. Spoliaretur veſte terrena, qui indumento immortalitatis cæteros veſtit. Potaretur aceto, qui poculum ſa-*

lutare

lutare propinauit. Basilius: *Pericula non respicit martyr, corona respicit; plagas non horret, sed præmia numerat; non videt lictores inferné flagellantes, sed Angelos supernè lætos hominibus acclamantes, non spectat ad temporalia pericula, sed ad præmiorum æternitatem.*

Quartus modus est figura, que dicitur Cohabitatio, qua contraria in eadem re, vel subiecto coniunguntur (quod fieri posse sub diuersis rationibus Dialectici concedunt) Sic Gregorius: *Dedignantur iusti, sed non dedignãtes; desperant, sed non desperantes.* Sic Lactantius de Phœnice.

Ipsa quidem, sed non eadem; quia est ipsa,
Nec ipsa est:
Æternam vitam mortis adepta bono.

Quintus modus contrarius huic Paradiastole, quo (sicut illic contraria copulantur) simillima discernuntur. Vt illud Apostoli: *In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur; persequutionem patimur, sed non relinquimur, humiliamur, sed non confundimur, deijcimur, sed non perimus.* Et illud Cypriani: *Aliud est martyrio animum deesse, aliud animo defuisse martyrium.* Et Augustini: *Sic diligendi sunt homines, vt eorum non diligãtur errores quia aliud est amare, quod facti sunt, aliud odisse, quod faciunt.*

Sextus mopus nuncupantur Antimetabole, vel Metabasis Græce, Latinè verò Commutatio, vel Inuersio. Fit quando duæ sententiæ interse discrepantes ex transiectione ita efferuntur, vt a verbis prioris cõtraria, seu dissimilis priori proficiscatur. Vt: *Esse oportet, vt vivas, non viuere, vt edas.* In sa-

Digitized by Google

cris: *Nequaquam Dominus propter locum gentem elegit, ſed propter gentem locum.* Et Matthæus: *Sabbatum propter hominem factum eſt; non homo propter ſabbatum.* Et Gregorius: *Nõ enim propter ſtellas homo, ſed ſtellæ propter hominem factæ ſunt.*

Diſtributio verborum non eſt (vt multi arbitrantur) quod congeriem, ſeu frequentationem redolet; ſed quando plura verba præcedunt in oratione, quæ alia inferius deſiderare videntur. Tale eſt illud Cypriani: *Cerrè labor irritus, & nullius effectus offerre lumen cæco, ſermonem ſurdo, ſapientiam bruto, cùm nec ſentire brutus poſſit, nec cæcus lumen admittere, nec ſurdus audire.* Quidam pius:

Siquis in hoc mundo vult multis gratus haberi:
Det, capiat, quærat plurima, pauca, nihil.
Nobilitas, princeps, Dux, Rex, Regina, Senatus,
Dira, offenſus, atrox, mollis, auara, leuis,
Plebem, vindictam, regnum, æra, tributa, fauores,
Vexat, agit, quæris, diſſipat, auget, amat.

Correctio etiam verborum (& alia eſt ſententiarum) eſt quando ſimulantes, nos pœnitere verbi quod iam protulimus, alio corrigimus illud. Hoc euenit duplici via. Vel verbum corrigitur antequam proferatur, & tunc dicitur Prodiorthoſis. Hieronymus: *Sed Epiſcopi Sacerdotes ſciant ſe eſſe, nõ dominos.* Innocentius: *Non iura, ſed munera; non iuſtitiam ſed peccuniam; non quod ratio dictat; ſed quod cupiditas affectat; non quod lex petit, ſed quod mens cupit,* &c. Exemplum hoc incipit in correctione verborum, & progreditur ad correctionem ſententiarum, ac

desinit in commutationem, seu Antimetabolem. Hieronymus super Matthæum: *Opus, nõ dignitatem; laborem, non delitias.* Gregorius: *Pastores facti sumus, non percussores.*

Quando fit correctio post verbi prolationem, dicitur, Epanorthosis. Ioannes Picus vsus est egregiè hac figurâ, & traductione simul dum ait:

Namque tua est nostris maior clementia culpis,
Et dare non dignus, res magè digna Deo est.
Quamquam sat digni, si quos dignatur amare,
Qui, quos non dignos inuenit, ipse facit.

Gregorius: *Quid nos (ô pastores) agimus, quando mercedem consequimur, & tamen operarij nequaquam sumus?* Franciscus Petrarcha:

Vix mundo nouus hospes eram, vitæque volantis,
Obuia mors; fallor, obuia vita fuit.

Hyperbaton neque est tropus (vt multi voluerũt) nec solis poetis conceditur, nec vitiosa est loquutio, sed potiùs virtus sermonis. Nam ipse Cicero Romanæ Eloquentiæ parens fere nullam sine hac figura struit peryodum. Et est transgressio verborum, cùm orationis structura decoris gratia variatur, neglecto simplicis sermonis ordine. Fit quatuor modis. Primo Euphomiæ, ideſt, Optimi sonus gratia, quando scilicet partes orationis non collocantur, quò illarum regimen petebat, sed vbi meliùs sonant Sacrum Concilium Tridentinum: *Subditos* (inquit sessione 23. capite tertio) *suos non aliter, quam iam probatos, & examinatos ad alium Episcopum ordinandos dimittant.* Ne daretur hyperbaton,

opor-

oportebat dicere: *Episcopi dimittant subditos suos ordinandos ad alium Episcopum non aliter quàm iam probatos, & examinatos.* Et in Psalmo: *Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit.* Ordina sic, & tolletur hyperbaton: *Beatus es, & bene tibi erit, quia manducabis labores manuum tuarum.* Hinc prouenit illa elegantissima ratio collocandi in periodis vltimo loco verbum, anteponendi gignendi casum nomini, aquo regitur, adiectiuum substantiuo, & alia. Et (vt dicam quod sæpius voce viua) ni Hyperbatõ esset, non esset opus valde peritis Grãmaticę præceptoribus, sed vocabulorum dictionaria ferè sufficerent.

Multas exornationes esse in Sacris, sed hanc rariorem alijs, & quàm in alijs authoribus D. Augustinus docet his verbis: *Sanè hunc loquutionis ornatum, qui numerosis fit clausulis deesse fatendum est authoribus nostris. Quod vtrum per interpretes factum sit, an (id magis arbitror) consultò tibi hæc plausibilia deuitauerint, affirmare non audeo, quoniam me fateor ignorare. Illud tamen scio, quod si qui squam huius numerositatis peritus illorum clausulas eorundem numerorum lege componat (quod facillimè fit mutatis quibusdam verbis, quæ tantumdem significatione valent, vel mutato eorum, quem inuenerit, ordine) nihil eorum, quæ velut magna in scholis Grammaticorum, aut Rhetorum didicit illis diuinis viris defuisse cognoscet, & multa reperiet eloquutionis genera tanti decoris, quæ quidem & in nostra, sed maximè in sua lingua. sunt decora, quorum nullum in eis, quibus isti inaffantur, literis inuenitur. Sed cauendum est, ne diuinis gra-*

uibuſque ſententijs dum adiicitur numerus, pondus detrahatur. Nam illa muſica, diſciplina, vbi numerus iſte pleniſſimè diſcitur, vſque adeo non defuit prophetis noſtris, vt vir doctiſsimus Hieronymus quorundam etiam metra commemoret in Hebræa dumtexat lingua. Cuius veritatẽ vt ſeruaret in verbis, hæc inde non transtulit. Ego autem, vt de ſenſu meo loquar, qui mihi quàm alijs, & quàm aliorum eſtutique notior, ſicut in meo eloquio, quantum modeſtè fieri arbitror, non prætermitto iſtos numeros clauſularum: ita authoribus noſtris hoc mihi plus placent, quod ibi eos rariſsimè inuenio. Hæc ille. Quibus verbis perſpicuè hoc ſchema Hyperbaton rarius eſſe in ſacris, ſed cætera non deeſſe innuit, vt hoc opuſculo cõſtabit.

Secũdus modus dicitur Anaſtrophe, & eſt duorum verborum ordo prępoſterus. Præpoſitio enim ſua natura eſt antepoſitio, & in aliquibus poſt ponitur hac ratione: *Dominus, vel pax vobiſcum, Dominus tecum*, &c.

Tmeſis eſt tertius modus, quando verba compoſita, aliqua dictione interpoſita, partes diuidũtur, vt *Per mihi gratum erit, ne illud quidem.* Non nullus poeta Chriſtianus dixit: *Hiero quem genuit Solimis Dauidica proles.*

Quartus modus eſt Parẽtheſis breuis ſenſus ſermoni antequam abſoluatur interiectus, vt illud: *Vanitas vanitatum (inquit Eccleſiaſtes) vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* Et illud Deiparæ apud Lucam: *Suſcepit Iſrael, puerum ſuum recordatus miſericordiæ ſuæ (ſicut loquutus eſt ad Patres noſtros) Abraham, & ſemini*

eius.

Digitized by Google

eius. Illud quod duobus semicirculis continetur, est Parentesis. Ac si longior fuerit, dicitur Digressio. De quà dicemus.

Periphasis vel verborum, vel (contra primam meam sententiam) sensum etiam est, sed nullo modo tropus. Quando verba multis explicantur, cum paucioribus possent: erit verborum, quando sententiæ dillatantur, erit illarum, & si hoc ad alias etiam spectet exornationes. Estq; quando id quod vno, vel pautioribus verbis dici potest, pluribus explicatur. Latinè dicetur Circuitio, fitque aut causa exornandæ rei, quæ pulchra, aut vitandæ, quæ turpis. Apostolus exornat sic: *Scimus quoniam si terrenis domus nostra huius habitationis dissoluatur, ædificationem habemus ex Deo, domũ non manufactam æternam in cœlis.* Matthæus: *Vesperea autem Sabbathi, quæ lucescit in prima Sabbathi, venit Maria Magdalene.* Apostolus: *Vitans fœditatem: Nam fœminæ eorum immutauerunt naturalem vsum in eum vsum, qui est contra naturam.* Hic est diffinitionis modus, qui dicitur Descriptio, & si obscurior sit dicitur AEnigma, quod addit rei abditæ sub verborum nube integumentum peroccultam similitudinem. Vt illud iudicũ: *Decomedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo.* Hoc schemate frequentissimè vsi sunt vates sacri, & de eo agit fusiùs D. Augustinus libro. 15. de Trinitate, capite 19. Quo arbitror exposuisse, quæ adornatum verborum pertinent.

Digitized by Google

CAPITE XI. DE FIguris ſententiarũ.

FIgura ſententiæ eſt in totius orationis compræhenſione ſeparata a communi modo loquendi. Earum numerum ad quatuor capita quo pacto poſsimus referemus, ſcilicet Petitionem, Fictionem, Abruptionem, Amplificationẽ. Sit prima Optatio, eſt enim voti ſignificatio. Eſaias: *Vtinam diſrumperes cœlos, & deſcenderes.* Idem quamuis non præpoſuerit Vtinam: *Rorate Cœli, deſuper, & nubes pluant iuſtum, aperiatur terra, & germinet Saluatorem.* Item: *Emitte agnum, Domine, dominatorem, &c.* Salutatio refertur huc, qua animum beneuolum, & deſideria bona in aliquem oſtendimus, vel affectum, quo ſalutamus. Talis eſt Salutatio Angelica: *Aue Maria, gratia plena, Dominus tecum.* Item: *Salue Regina mater miſericordiæ, vita, dulcedo, & ſpes noſtra, ſalue.* Hic etiam datur circulus congeminatus. Sit etiam exemplum verſus ille:

Aue mariſtella,
Dei mater alma,
Atque ſemper virgo,
Fœlix Cœli porta.

Execratio, vel Epareia etiam eſt huius ordinis, qua alicui aliquid ſiniſtri impræcamur. Ioſue: *Atque vtinam ſolus periſſet inſcelere ſuo.* Regum lib. 2. *Montes Gelboe, nec ros, nec pluuia veniat ſuper vos, neq;*

ſint

sint agri primitiarum. Si vehementissimam cupis execrationem: Psalmum 108. omnino videto.

Deprecatio, vel Dersis est cùm opem alicujus imploramus aliqua ei chara proponentes. Paulus: *Obsecro vos fratres, per nomen Domini nostri Iesu Christi.* Zacharias apud Lucam. *Per viscera misericordiæ Dei nostri.* Et Ecclesia frequentissimè: *Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum.* Et preces quibus cum Litanijs vtitur congregatio fidelium: *Per natiuitatem tuam, per Crucem, &c.*

Dubitatio, Addubitatio, vel Aporia est, cùm videmur ignorare, quid ex multis vt optimum ad rem propositam eligamus. Eusebius: *Quid primum mirer? quidne postremum? quod sine conceptu est collata fœcunditas, an quòd per partum est magis glorificata virginitas?* Gregorius: *Quid igitur miramur, fratres, Mariam venientem, an Dominum susceipientem? Susceipientem dicam, an trahentem? Dicamus melius trahentem, & susceipientem.* Cyprianus: *Quid hoc loco faciam, fratres dilectissimi, fluctuans vario mentis æstu? Quid, aut quomodo dicam, lacrymis magis, quàm verbis opus est.*

Hæc dubitatio, quando qui dicit, fingit, se consulere aliquem (vt in his duobus vltimis exemplis videre est) dicitur Communicatio, vel Anacænonosis. Tale etiam est illud: *Eusebij amice, vnde iam initium summam? libet ab occupationibus tuis.*

Interrogatio, seu Erothima instandi magis, quàm interrogandi gratia inducta est. Psalmus: *Vsquequo, Domine, obliniscēris me in finem? vsquequo auertis faciem tuam a me?* Aliquando fit miserationis

causa Tale mihi videtur illud Psalmi: *Domine, quid multiplicati sunt, qui tribulant me?* Conuenit, & indignationi. Matthæus: *O generatio incredula, quandiu vos patiar?* Et admirationi Psalmus: *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania?* Significat etiam indignationem, & iram illius, quem interrogamus. Psalmus: *Vt quid, Domine, repulisti in finẽ, iratus est furor tuus?* Est & imperandi, citandiue genus. Genesis: *Adam vbi est? Vbi est Abel frater tuus?* Ac etiam diffidentiæ, & parui pudoris dat specimen, vt in illo quod sequitur: *Num quid custos fratris mei sum ego?* Multis denique alijs rationibus hæc figura deseruit.

Responsio quando non immediatè, sed per saltum interrogationi respondemus, quia sic conuenit respondenti, vel minuendi peccati causa, vel augendi culpam aduersarij. Vt mihi narrant euenire in confessionibus sacris Interroganti enim confessario mulierculam: *Violasti sextum præceptum?* Cùm deberet respondere; *sic*, vel *non*: respondet: *Egebam, inopia me coegit.* Et interrogatus latro: *Percussisti? occidisti?* non respondet, vt deberet, sed: *Contulit ille in me ignominiam; tentauit me percutere fustibus.* Nec est omittendum illud Geneseos: *De quo præceperam tibi, ne comederes, comedisti? Mulier* (respondet Deo Adamus) *quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi.* Item Deus ad Euam: *Quare hoc fecisti?* Cui illa: *Serpens decepit me.* Nec superius responsum Cain dissimile. Nec omittenda illa pulcherrima Christi Domini apud

Mat-

Matthæum excusatio imo potiùs reprehensio peccati superbiæ,& ambitionis, quam obiecit discipulis interrogantibus: *Quis putas maior est in regno cælorum?* Quibus respondet: *Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut parauli, non intrabitis in regnum cælorum.*

Subiectio, Græcè Antipophora est, cùm ijs, quę contra nos obiici possunt, breui rationis subiectione respondemus (dissimilis Occupationi, de qua diximus) vtillissima ad confutandum. Hieronymus: *Paupertatem times? sed beatos Christus pauperes appellat. Labore terreris? at nemo athleta sine sudore coronatur. De cibo cogitas? sed fides famem non timet. Super nudam metuis humum exesſa ieiunijs membra collidere? sed Dominus tecum iacet*, &c.

Aliquando committitur absque responso, & tacēdo, quia manifestum, satisfit interrogationi. Paulus: *Si Deus pro nobis, quis contra nos?* quasi dicat: *Nemo.* Et: *Quis accusabit aduersus electos Dei?* quasi dicat: *Nemo.*

Alii duo modi Subiectionis, qui hic solent constitui, vel reducuntur (si examinemus) addictum, vel ad alias figuras dictas, vel dicendas, & ideo sciens illos silentio inuoluo.

Occupatio, vel Præocupatio, Græcè Prolepsis, est alicuius quęstionis reprehensio, & ante occupatio, quando nobis obiicimus, quod aduersarius poterat, & satisfacimus obiectioni. Spectatur plerumque in proæmijs. Talis est illa elegantissima D. Hieronymi in præfatione in librum Iob, quæ incipit: *Cogor per singulos*, &c. Videas illam totam,

obsecro. Ac si plura desideras exempla; in multis orationum exordijs, & præfationibus inuenies.

CAPVT XII. DE FIGVris Sententiarum Fictionis.

PRosopopeia primum teneat locum. Hæc est ficta personarum inductio, & per eam cuiusque generis res corpus, vocem sensum, & sermonem accipient. Sic in Psalmo flumina loqui dicuntur: *Eleuauerunt flumina vocem suam.* Et in alio dicitur: *Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum. Non sunt loquelæ, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum.* E in alio: *Mare vidit, & fugit.* Elegantissima inductio personarum est illa libri Iudicum de arboribus decernentibus creare Regem, qui omnibus illis præesset & imperaret. Hæc incipit capite nono: *Ierunt ligna; vt vngerent super se Regem.* Vbi loquuntur aliæ, & eligendæ responsum præbent. Est etiã hæc figura in celeberrima illa parabola decem virginum apud Matthæum. Hac etiam figura vtitur Christus Dominus, quando prænuntiat multos prophetas in die iudicij dicturos: *Domine, in nomine tuo prophetauimus,* &c. Huc etiam refers Canticorũ totum librum, & omnes dialogismos, qui in Psal-

mis

mis, & in Prophetis frequentissimè contingunt. Et Ignorantia huius exornationis solet obtegere verum scripturæ sensum.

Quando vitia, seu virtutes pinguntur, vel describuntur humanam effigiem referentia: Prosopopeiam nominato. Sic Poetæ Christiani, vt prudentius, Baptista Mantuanus, Sambucus, Alciatus, & alijs.

Hæc est triplex; recta, scilicet, obliqua, & muta. Recta est quando persona ficta dicit omnia, quæ ei tribuuntur ad authore. Obliqua, cùm ipse author dicit, quod posset eloqui si illa res adesset. Prosopopeia si effingat res ita vt possent accidere, si ipsæ præsentes essent, & ad viuum (vt aiunt) pingantur. Et Thopeia dicitur. Sed tamen quando pro homine ingrato ponitur persona gratissima, vel pro bona mala: nuncupatur Antiprosopon. Tale est illud Psalmi: Comederunt Iacob, & locum eius desolauerunt. Vbi pro gente peccatrice sanctissimi Patriarchæ persona Metonomicè inducitur.

Est muta prosopopeia, quando cogitationi vocem tacitam obuersari fingimus. Huius exempla inueniuntur mixta aliquibus interrogationibus, subiectionibus, & dubitationibus; & in soliloquijs multa. Ad hanc exornationem Mimesis pertinet quando dicta aliena repetuntur, vt illis obiiciatur illud ipsum, quod gloriantes, vel insultantes protulere. Sic in Genesi Deus primis parentibus, verba quibus Dæmon illuserat obiicit illa repetens:

Digitized by Google

Ecce, Adam, quasi vnus ex nobis factus est, sciens bonum, & malum. Tale est etiam illud Psalmi: *Dixit iniustus (vt delinquat) in semetipso, non est timor Dei ante oculos eius.* Item: *Quoniam dixisti: In æternum misericordia ædificabitur in Cælis:* &c. Idem: *Et dixisti: Convertimini filij hominum.* Multaque alia exempla apud Prophetas.

Ironia (quam nemo sibi persuadeat esse tropū) Latinè dicitur Simulatio, est quando irridentes contrarium eius, quod dicimus, intelligi volumus, & ideo etiam Illusio nominatur. Prolatione, aut personæ, aut rei natura intelligitur. Tale est illud Cypriani (aduersus Pupianum, qui negabat ipsum esse Episcopum) dicentis ironicè: *Nisi apud te purgati fuerimus, & sententia absoluti, & etiam sex annis nec fraternitas habuerit Episcopum, nec plebs præpositum, nec Ecclesia gubernatorem, nec Christus Atistitem, nec Deus Sacerdotem? Subueniat Pupianus, & sententiam dicat. Iudicium Dei, & Christi in apertum ferat, ne tantus fidelium numerus, qui sub nobis accersitus est, sine spe salutis, & pacis exisse videatur,* &c. Tale etiam est illud Salomonis: *Lætare ergo, iuuenis, in adolescentia tua, & in bono sit cor tuum in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in vijs cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum.* Cum hac figura est sæpe permixta Permissio, vt in illo Apocalipsis: *Qui nocet, noceat adhuc, & qui in sordibus est, sordescat adhuc.*

Ironiæ pars est Sarcasmus iracunda quædam irrisio præ animi dolore. Tale videtur illud latronis improbi apud Matthæum: *Alios saluos fecit, seipsum*

Digitized by Google

non poteſt ſalnum facere; ſi filius Dei eſt, deſcendat nunc de cruce, & credimus ei. Confidit in Deo, liberet eum nũc, ſi vult, dixit enim, quia filius Dei ſum. Huius irriſionis vaticinium extabat in Pſalmo: *Speravit in Domino, eripiat eum; ſaluum faciat eum, quoniam vult eum.*

Aſtitimus eſt etiam forma Ironiæ, quando vrbanè, & modeſtè quemquam irridemus. Elias ad Sacerdotes Baal: *Clamate voce maiori, Deus eſt enim Baal & forſitan loquetur; aut in diuerſorio eſt, aut in itinere, aut dormit, vt excitetur.*

Myſteriſmus etiam ad Ironiam pertinet (meo quidem iudicio) fere idem cum Mimeſi. Sed diſcrimen accipe. In omni Myſteriſmo eſt Mimeſis, non verò in omni Mimeſi eſt Myſteriſmus. Nam in quantum repræſentat dicta aliena cum irriſione, vel ſine illa, eſt Mimeſis; quando cum irriſione, tantùm Myſteriſmus. Tale eſt illud Eſaiæ: *Et dixiſti, in ſempiternum ero domina,* &c. Item. *Dicebas in corde tuo, In cælum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum, ſedebo in monte teſtamenti, in lateribus Aquilonis aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero altiſſimo.*

Hypotipoſis, cuius varia ſunt nomina Enargia, Euidentia, Illuſtratio, Suffiguratio, Demonſtratio, Deſcriptio, Effictio, Deformatio, Subiectio ante oculos, Illuſtris explanatio dicta â Cicerone. Et eſt quando perſona, res, locus, tempus, aut aliud quid piam tum ſcribendo, tum dicendo ita verbis exprimitur, vt potiùs conſpici, aut coram geri, quàm audiri, legi, aut dici videatur. Difert ab Ethopeia,

quia

quia illa in recta, hæc in obliqua Prosopopeia inuenitur. Psalmus: *Qui descendunt in mare in nauibus facientes operationem in aquis multis, ipsi viderũt opera Domini, & mirabilia eius in profundo; dixit, & stetit spiritus procellæ, & exaltati sunt fluctus eius; Ascendunt vsque ad cælos, descendunt vsque ad abyssos, anima eorum in malis tabescebat; Turbati sunt sunt, & moti sunt sicut ebrius, & omnis sapientia eorum deuorata est, Et clamauerunt ad Dominum, cùm tribularentur, & de necessitatibus eorum eduxit eos.* Et in libris Regum: *Egressus est vir spurius de castris Philistinorum nomine Goliath de Geth altitudine sex cubitorum, & cassis ærea super caput eius, & lorica hamata induebatur; porrò põdus loricæ eius quinque millia siclorum æris erat, & ocreas æreas habebat in cruribus, & clypeus æreus tegebat humeros eius; hastile autem hastæ eius erat quasi liciatorium texentium; ipsum autem ferrum hastæ eius sexcentos siclos habebat ferri, & armiger eius antecedebat eum, & stans clamabat aduersus Phalangas Israel, & dicebat eis: Quare venistis parati ad prælium? numquid ego sum Philistæus, & vos serui Saul?* Et infra describitur pugna inter ipsum, & Dauid.

Emphasis, vel significatio est, cùm plus significationi relinquitur, quàm verbis exprimitur. Id si spectes in Sacris, omnia Emphasibus abundant, vt de multiplici sensu, quo sacer textus constat, perspicuum fit. Sed præsertim illud Dei ad Mossem: *Dices, Qui est, misit me ad vos.* Et illud Petri ad Iesum: *Domine, tu mihi lauas pedes?* Et illud: *Sedebat sic.*

Noema, seu intellectus est quando tectè signi-

fica

ficamus, quod auditor ex se diuinet. Hieronymus: *Deest auaro, quod habet*; intelligitur, quia eo non vtitur. Iob: *Parvulum occidit inuidia*; cuius intellectum. Gregorius aperuit dicens: *Inuidere non possumus, nisi eis, quos nobis in aliquo meliores putamus. Parvulus itaque est, qui inuidia occiditur*; *quia nisi inferior ipse existeret, de bono alterius non doleret.* Et vulgare loquutione, *Petrus emanibus librum non dimisit*, significat, numquã eum manibus sumpsit. *Non carpit somnum sacram audiens contionem*; hoc est, numquam illam audit.

Huius figuræ membrum liptotẽ suspicor, quando per negationem affirmamus. Vt, *Hoc non displicet Deo*; ideſt, Deo placet. Paulus de Episcopo ad Titum: *Non superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum*; Quasi diceret; Humilem, mitem, sobrium, pacificum, liberalem.

Neuma est ostendere signum alicuius doloris, gaudiiue eximij, vel cuiuslibus affectus per vocẽ inarticulatã, siue imperfectã. Hieremias: *A, A, A, nescio loqui.* In canticis Ecclesiasticis fit in his syllabis, *A, &, E*, iuxta Durandum, eo quod primum elementum A est initium nominis primi parentis Adam, & E primæ matris Euæ. Affirmatque, puerum, cùm recens ab vtero tangit terram, plorantem hanc primam edere vocem A; puellã vero, E.

Præcisio, Raticentia, Interpretatio, vel Aposiopesis, est cùm dictis quibusdam, reliquum relinquitur in audientium iudicium. Psalmus: *Anima mea turbata est valdè, sed tu, Domine, vsquequo?* Ecclesiastes

Digitized by Google

in rebus dignissimis, cùm ipsas ad summum dicendo perduxerit, præcisa oratione interiecta, & in ipso ardore, dicendi paulùm moratus ingentem affectum significat, quem (quia loquendo non potest) silentio indicat.

Præteritio, Prætermissio, Apophasis, vel Paraliopesis, est cùm dicimus brebiter id, quod fingimus velle prætermittere, aut ostendimus nescire, vel non esse spacium, vel impediri pudore, aliaue causa. Cyprianus: *Taceo de fraudibus Ecclesiæ factis: Coniurationes, adulteria, & varia delictorum genera prætereo.* Hæc vtilis est exornatio, si quod prætermittimus aut nimis longum, aut ignobile, aut manifestum, aut non potest fieri, aut facile potest reprehendi. Apostolus ad Hæbreos: *Et quid aliud dicam? Deficiet me tempus enarrantem de Gedeon, Barac, Samson, Iepte, Dauid, Samuel, & prophetis, quia per fidem vicerunt regna operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones.* Ecclesiasticus: *Multa abscondita sunt maiora his; pauca enim vidimus operum eius.* Ioannes: *Multa alia signa fecit Iesus, quæ non sunt scripta in libro hoc; quæ si scriberentur, nec ipsum mundum arbitror capere posset, qui scribendi sunt libros.* In hoc exemplo nota, hæc posteriora verba esse hyperbolica.

Permissio, seu Epitrope ab Ironia petit ornatum, quia contrarium eius, quod permittimus, intelligi, aut fieri volumus. Esdras: *Pereat ergo multitudo, quæ sine causa nata est.* Ioannes: *Vade, & quod facis, fac citiùs.* Et libro. 3. Regum; *Ascende, & vade prospere, & tradet Dominus in manus Reges.*

Digitized by Google

Conceſio, ſeu Syncheresis, eſt quando id quod conceditur ſtat pronobis; propoſito autem illius, qui optat, vt id concedatur, diſconuenit, & nobis non nocet. Cyprianus: *Locupletem te eſſe dicis, & diuitem, & vtendum putas ijs, quæ poſsidere te Deus voluit. Vtere, ſed ad res ſalutares; vtere, ſed ad bonas artes; vtere ad illa, quæ Deus præcepit, quæ Dominus oſtendit.* Eucherius: *Cupiditas vitæ nos delectatione rei præſentis innexuit; ergo amantes vitam hortamur ad vitam. Vera ratio eſt perſuadendi, quando id, quod poſcitur, vt impetremus a nobis, quod concupiſcitis.*

Color eſt ſimulata, & obliqua defenſio alicuius ſuſpectæ, cauſæ, vel perperam factę, cùm fingimus illam defendere, & obliquo ſermone culpamus. Tale eſt illud Haimonis de Origene poſt plurimas eius laudes: *Plurimùm admirari non ſufficio, quod vir tam illuſtris, tam apertè obuians hæreticis deuolutus ſit in nominatiſsimam hæreſim ac errorem.* In libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis agitur fere eodem modo de Oſio; quia poſtquam in illum author laudès egregias contulit, inquit: *Hic autem poſt longum ſenium ve tuſtatis, ideſt, poſt centeſsimum primum annum, in ipſo iam limine vitæ à fidei liminibus ſubruens ſerpentis iaculo concedit* (quamquam multis teſtimonijs conſtat, verè eũ pœnituiſſe antemortẽ.) Hieronymus ſapiẽtiã diuinã Salomonis, & aliasvirtutes cõmemorãs, hoc ſchemate ſignificat eius infatuatio nẽ, & idolatriã.

Imago, Similitudo, vel Icon, eſt formæ cum forma ex quadam ſimilitudine collatio. Aut eſt oratio traducens ad rem quampiam aliquid ex re diſ-

pari ſimile. Vt manifeſtius illud fiat.

Hæc autem vel eſt argumentum; & tunc eſt vnus ex locis Topicis, qui ad dialecticas probationes ſpectant. Vel eſt exornatio, & tunc pertinet ad Rehtoricos.

Idem prorſus eſt dicendum de exemplo. Extat libellus quidam ex Diui Ioannis Chryſoſtomi, aliorumque grauium authorum ſimilitudinibus collectus, qui ſtudioſum contionatorem non mediocriter adiuuare poteſt.

Eſt hæc figura accõmodatiſsima non ſolùm ad ornandum, ſed etiam ad explicandas res. Vnde Diuus Auguſtinus ad exponendum ſacratiſsimum Sanctiſsimæ Trinitatis, eiuſdemque indiuiduę vnitatis myſterium, ſimilitudine vtitur in hunc, qui ſequitur, modum: *Videmus Solem in cælo currentem, fulgentem, calẽtem. Similiter ignis tria habet, hoc eſt, motum, lucem, & feruorem. Deinde ergo ſi ponis (Ariane) ſolem, vel ignem, & tunc demum, deinde Trinitatem.*

Apoſtolus etiam ad exponendam vnitatem corporis myſtici, quod eſt Eccleſia, & cuius caput Chriſtus; ait: *Sicut enim, in vno corpore, multa membra habemus, omnia autem membra non eumdem actum habent: ita & nos ſumus alter alterius membra in Chriſto Ieſu Domino noſtro.*

Exemplum etiam referemus ad hanc exornationem, quod quidem vtiliſsimũ eſt, vt eo fugiamus, vel ſequamur, quod proponitur nobis. Vnde D. Hieronymus in Præfatione ad ſacra volumina, volens commendare Paulino ſacrarum literarum, ſtu

Digitized by Google

dium, multorum Ethnicorum exempla proponit dicens: *Sic Pithagoras Memphiticos vates, sic Plato Ægyptum, & Architam Terentinum, eamque oram Italiæ, quæ quondam magna Græcia dicebatur, laborioſiſsimè peragrauit; vt qui Athenis magiſter erat, & potens, cuiuſque doctrinam Academiæ Gymnaſia perſonabant, fieret peregrinus, atque diſcipulus, malens aliena verecundè diſcere, quàm ſua impudenter ingerere. Denique cum literas quaſi toto fugientes orbe perſequitur, captus á piratis, & venundatus, etiam tyranno crudeliſsimo paruit, captiuus, vinctus, & ſeruus; tamen (quia philoſophus) maior ementeſe fuit. Ad Titum Liuium lacteo eloquentiæ fonte manantem de vltimis Hiſpaniæ, Galliarumque finibus quoſdam veniſſe nobiles legimus, & quos ad contemplationem ſui Roma non traxerat, tanius hominis fama perduxit.* Et infra: *Apollonius, ſiue ille magus, vt vulgus loquitur, ſiue philoſophus, vt Pithagorici tradunt, intrauit Perſas, pertranſiuit Caucaſum, Albanos, Scythas, Maſſagetas, Opulentiſsima Indiæ regna penetrauit, & ad extremum latiſsimo Phiſon amne tranſmiſſo peruenit ad Brachmanas, vt Hiarcã in throno ſedentem aureo, & de Tantali fonte potantem, inter paucos diſcipulos de natura, & motibus ſyderum, ac dierum curſu audiret docentem.*

CAPVT XIII. DE FIguris Sententiarum Abruptionis.

Digitized by Google

Diggreſsio, Excurſus, vel Parechaſis eſt prima illarum; & eſt cùm ab repropoſita in aliam non omnino alienam abrumpimus.

Si ſit admodum breuis, dicitur Parenthęſis (de qua diximus) ſi longior frequente aliqua præfatione præmunitur, ne inconſiderati, & imprudentes alias res agere videamur, & cùm tota excurſio facta eſt; adhibetur clauſula, quæ reditum ſignificat, vt videatur reuerti oratio ad id, vnde diggreſſa fuit. Apoſtolus primo capite epiſtolæ ad Romanos hãc figuram committit: *Paulus ſeruus Ieſu Chriſti, vocatus Apoſtolus, ſegregatus in Euangelium Dei (quod antè promiſerat per prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis de filio ſuo, qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem, qui prædeſtinatus eſt filius Dei in virtute ſecundum ſpiritum ſanctificationis ex reſurrectione mortuorum Ieſu Chriſti Domini noſtri, per quem accepimus gratiam, & Apoſtolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius, in quibus eſtis & vos vocati Ieſu Chriſti) omnibus, qui ſunt Romæ, dilectis vocatis Sanctis, gratia, & pax a Deo Patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto.* Debet autem cohærere hoc ſchema cum his quæ dicuntur, & nullo modo perturbare ſententiam, alioqui non erit lumen orationis, ſed tenebræ, & offuſcatio.

Auerſio, vel Apoſtrophe eſt Abrupito ſermonis a recto, & naturali curſu ad aliud quidpiam, ad Deum, ad cœlum, terram, homines, ſolitudines, ſidera, lucos, ſyluas, & ad ſe ipſum. Iob: *Quare miſero data eſt lux.* Et Pſalmus: *Filia Babilonis miſera.* Michęas, & Matthæus: *Et tu Bethleem terra Iuda, nequa-*

Digitized by Google

quam minima es. Ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel. Ad Romanos Apostolus: *Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Esaias: *Quo modo cecidisti Lucifer, qui manè oriebaris?*

Correctio sententiarum est propositæ sententiæ reprehensio, quæ ab aliquibus in Sacris Epidiorthosis dicitur, scilicet rei superioris recognitio. Et pro exemplo constituunt illud Psalmi 61. vbi Dauid in se reuersus dicebat: *Nonne Deo subiecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meũ, ipse Deus meus, salus mea, refugium meum, non mouebor amplius.* In quo verbo se corrigit, & recognoscit se aliquando motum, & lapsum, sed promittit non amplius commouendum. Sic docet Episcopus Caurienſis, cuius est hæc doctrina. Et illud Psalmi 118. *Erraui sicut ouis, quæ perit, quære seruum tuum, quia mandata tua non sum oblitus.* Et multas alias Correctiones, seu Epidiorthoses inuenies.

CAPVT XIIII. DE FIguris amplificationis in Sententijs.

EXclamatio, seu Prophonesis est orationis vehementior elatio, & sæpe vtitur his particulis, O, proh, heu, eheu. Vt illud Sapientiæ: *O quam suauis est Domine, spiritus tuus in omnibus, qui*

vt dulcedinem tuam in filios demonstrares, panem suauissimum de cœlo præstitisti. Et Psalmus: *O Domine, saluum me fac, ò Domine bene prosperare.* Et illud: *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est.* In hac figura etiam inuenitur Apostrophe, & etiam in Communicatione. Huic etiam adiungitur Epiphonema, quæ est rei narratæ summa acclamatio breui exageratione prorrumpenti. Simile est illud Psalmi: *Dominus regit me.* Vbi cum multa narrasset, ad calcem subnectit: *Vt inhabitem in domo Domini in longitudine dierum.* Et Psalmi: *Quam dilecta tabernacula.* Vbi post multa interposita de pulchra domus Dei habitatione concludit hoc schemate sic: *Beatus, vir qui sperat in te.* Exclamatio mouet acriores affectus, sed loco, & tempore idoneo adhibita. Exordiri enim ab illa ab surdum est, vel post res frigidas, & humiles. Sed cùm res magnas persuaserimus, ea vtemur, nec debet esse prolixa, sed breuis, & vehemens.

Sustentatio est figura, qua diu suspenduntur auditorum animi, atque aliquid deinde inexpectatũ subiungitur. Sic diffinit Frater Ludouicus Granatensis, cuius etiam erit exemplum dicentis: *Hac ratione Phariſæorum lenitatem amplificare possumus, qui discipulos Domini accusandos putabant, quòd illotis manibus manducarent. Primùm enim Phariſæorum, & Scribarum dignitatem exponimus, atque eorum præcipuè, qui ab Hieroſolymis veniebant, qui omnes vno consilio Dominum adeuntes ampla oratione accuſationem ſuam propoſuerunt. Quare (inquiunt) diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum? Magnum certè, & intolerabile crimen, cum ſcriptum*

ſit.

sit. Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. Sed videamus, quale sit hoc crimen. Non (inquiunt) lauant manus suas, cum panem manducant. Quid hac accusatione magis ridiculum? Hac figura vtitur dupli ci loco doctissimus quisque, vel cum leue aliquid hoc modo inferre, vel summum aliquid, & inexpectatum amplificare vult, vt quod natura sua magnum est, præmissa hac præparatione maius appareat. Hæc ille. Hæc figura Græcè dicitur Paradoxon, vel Hypomenes. Sed quia desiderabis sacrę scripturæ exempla; duo accipe. Psalmus: *Deus Deorum Dominus loquutus est, & vocauit terram a solis ortu vsque ad occasum, & aduocauit cœlum desursum*, &c. donec subnectit: *Quoniam Deus iudex est.* Et alius Psalmus: *Audite hæc omnes gentes, auribus percipite*, &c. & infra infert: *Cur timebo in die mala? iniquitas calcanei mei circumdabit me.* Licencia, seu Parhesia est oratio libera fiduciam, & affectum circa aliquam rem exprimēs. In diuinis inuenitur liberior, quàm in sæcularibus. Vt illa Heliæ ad Acab Regem: *Non ego turbaui Israel, sed tu, & domus patris tui, qui dereliquistis mandatum Domini, & sequuti estis Baalim.* Et Esaias ad Oniam: *Quis tu hic, & quasi quis tu hic, effortave te faciam, vt asportari solet gallus gallinaceus.* Et denique omnibus prophetis est admodùm frequens, quia diuino spiritu moti, & a Deo accepta increpandi licentia concionabantur, & ea vsus est Baptista aduersus Herodem. Hyperbole est quidam significationis excessus augendi, minuendire gratia, cùm id quod dicimus fidem excedere videtur In sacris, si eorum vim consideres, nullam inue-

nies Hyperbolem, potiùs hyperbolica loquutio re dolebit Emphasim. Sed si nostrum loquendi modum spectes, Hyperboles appellabis illas loquutiones, quibus sacer textus vtitur. Vt illud Regum: *Tanta erat argenti copia in Hierusalem, quanta & lapidum.* Ioannes suum claudit Euangelium sic: *Sunt alia multa, quæ fecit Iesus, quæ si scriberentur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt libros.* Sic Hieremias in Threnis: *Candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, saphiro pulchriores.* Et in libro secundo Regum: *Aquilis velociores, leonibus fortiores.*

Paræmia, Adagium, seu Prouerbium, est celebre dictum, & si antiquum, sit tamen nouum accommodatione. Vt Actorum libro: *Durum est tibi contra stimulum calcitrare.* Et Petrus sua Canonica dixit: *Canis reuersus ad vomitum, & sus volutabrum.* In Prouerbijs etiam: *Sicut canis, qui reuertitur ad vomitum, sic improbus, qui iterat stultitiam.* Sic illud Regum: *Num Saul inter prophetas?* Cùm indoctus sibi vult assumere officium docendi. Et alia multa, quæ in Sacris inuenies, quæ si collecta videre cupis, â Patre Martino Delrio duo volumina ad vnguem ellaborata perlege. Hæc loquutio adeo frequens, & communis est, vt liber Salomonis, quem Parabolas (secundũ Hebræos) dicimus, apud Græcos ex eo nomine Paræmiarum, illud Prouerbiorum acceperint. Paradigma reducitur ab aliquibus huc. Sed ego idem iudico cum exẽplo, seu illa, quam figurarum scripturam appellamus. Parabolam vero referam ad Ico

Digitized by Google

nem, seu Similitudinem.

Ad ornatum amplificationis pertinet etiam multiplicatio locorum topicorum, quando multę diffinitiones, multæ similitudines coaceruantur, seu authoritates multę. Aliud enim est considerare ipsa loca probantia; tũc enim ad Dialecticam (vt quod uis argumentum) spectant, aliud vt exornantia; & tunc sunt propria Eloquentiæ. Vt illud Augustini charitatem multiplici diffinitione describentis sic: *Charitas est actio rectitudinis, oculos semper habẽs in Deũ, glutinum animarum, societas fidelium, otio non frigida, actione non fracta, non fugax, non audax, non præceps.* Cyprianus disciplinam sic diffinit: *Disciplina est custos spei, retinens cultum fidei, dux itineris salutaris, fomes, ac nutrimentum bonæ indolis, magistra virtutis; facit in Christo manere semper, & iugiter in Deo viuere, ad promissa cœlestia, & diuina præmia peruenire.*

Multiplicationem similitudinum, & exemplorum simul nobis Petrus Diaconus affert: *Regnum Persarum á Cyro vsque ad Alexandrum stetit annos ducentos viginti. Totidem annos regnauerunt Longobardi. Tandiu Caletum tenuere Angli. Reges Syriæ, & Asiæ minoris á Nicanore primo Rege vsque ad Philippum vltimũ totidem etiam annos imperarunt.*

Distributio, seu Merismos est cùm aliquid in partes plures distribuitur, quarum vnicuique ratio sua tribuitur, & subiungitur. Est pulcherrima illa Hieronymi ad Rusticum dicentis: *Nihil Christiano fœlicius, cui promittitur regnum Cœlorum. Nihil laboriosius, qui quotidie de vita perielitatur. Nihil fortius, qui vin*

cit Diabolum. Nihil imbecilius, qui a carne superatur. Vtriusque rei exempla sunt plurima. Latro credit in cruce, & statim meretur audire: Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso. Iudas de apostolatus fastigio in perditionis Tartarum labitur, & nec familiaritate conuiuij, nec in tinctione buccellæ, nec osculi gratia frangitur, ne quasi hominem tradat, quem filium Dei nouerat. Quid Samaritana vilius? Non solum ipsa credidit, & post sex viros vnum inuenit Dominum, Messiamque cognouit ad fontem, quem Iudæorum populus ignorabat: sed & author fit salutis multorum, & Apostolis ementibus cibos, esurientem reficit, lassumque sustentat. Quid Salomone sapiētius? Attamen infatuatur amoribus mulierum. Si attentè consideres, in hoc inuenies multarum exempla præter distributionis. Est enim in verbo Nihil, Repetitio, seu Anaphora. In Cui, & Qui, Traductio. In fine Erotema, & Correctio, & alia.

Frequentatio, Cōgeries, seu Synathysmos est, cùm res in tota causa dispersæ vnum coguntur in locum, quo grauior, aut acrior, aut criminosior fiat oratio. Adhibetur attollendæ rei gratia, & Epilogis maximè conducit. Diuus Cyprianus: *Innoxios, iustos, Deo charos domo priuas, patrimonio spolias, catenis premis, carcere includis, gladio, bestijs, ignibus punis.* Idem: *Quam verò vnitatem seruat, quam dilectionē custodit, qui discordiæ furore vesanus Ecclesiam scindit, fidem destruit, pacem turbat, charitatem dissipat, sacramentum prophanat?*

Commoratio, Expolitio, seu Exergasia est, cum vnam, atque eandem rem alijs, atque alijs

modis

Digitized by Google

modis tractamus, & in ea hæremus, atque immoramur, ita tamen vt aliud, atque aliud agere videamur. Cypianus: *Flagrant vbique delicta, & passim multiformi genere peccandi per improbas mentes nocens virus operatur. Hic testamentum subijcit, ille falsum capitali fraude conscribit, hic arcentur hæreditatibus liberi, illic bonis donantur alieni. Inimicos insimulat, calumniator impugnat, testis infamat, vtrobique grassatur in mendacium criminum, prostitutæ vocis venalis audacia.*

Auxesis est incrementum sententiæ, vel â minoribus ad maiora, vel â maioribus ad minora ascensus, vel descensus augendi gratia, vt illud Pauli: *Quis nos separabit á charitate Christi? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius?* Et paucis interiectis: *Certus sum, quod neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei.* Et Ambrosius in hymno Ecclesię:

Hic acetum, fel, arundo,
Sputa, claui, lancea,
Mite corpus perforatur,
Sanguis vnda profluit,
Terra, pontus, astra, mundus,
Quo lauantur flumine,

Amice lector vis dicam liberè, quid sentiam? Post maturam considerationem illarum fere nullum discrimen inter Frequentationem, Commorationem, Auxesim, & sententiarum Synonymiam in-

uenio.

uenio. Et ſic ſi vna eorum occurrit, omnes obuias arbitror eſſe, & alias, quas taceo, quia eaſdem iudico, & ſi authores diuerſas numero conſtituant

Præmunitio, Præparatio, vel Parafcebe eſt, quã do præparamus animos auditorum ad rem ſummam, quam proponere, exponere, vel probare intendimus. Vt illud Geneſis: *Audite vocem meam vxores Lamech, auſcultate ſermonem meum, quoniam occidi virum in vulnus meum*, &c. Et Apocalypſis: *Qui habet aures audiendi, audiat, quid ſpiritus dicat eccleſijs: Vincenti dabo edere de ligno vitæ*, &c. Et Regum: *Animaduertite, & videte, quoniam inſidietur nobis, & filijs*, &c. Et Pſalmus: *Audite hæc omnes gentes, auribus percipite omnes, qui habitatis orbem*, &c. Multa alia exempla inuenies in ſacris.

Confeſsio, ſeu Parhomologia eſt, cùm multa aduerſario concedimus, ac vnum tandem inferimus, quod omnia priùs conceſſa euertit. Hieronymus ad Heliodorum: *Licet parvulus ex collo pendeat nepos, licet vbera, quibus te nutrierat mater oſtentet, licet in limine pater iaceat per calcatum perge patrem ſiccis oculis ad vexillum Crucis euola. Solum pietatis genus eſt in hac re eſſe crudelem.* Et iterum infra: *Nunc tibi blandis vidua ſoror hæreat lacertis; nunc illi, cum quibus adoleuiſti vernulæ aiunt: Cui nos ſeruituros relinquis? Nunc & gerula quondam iam anus, & nutricius ſecundus poſt naturalem pietatem pater clamitat: Morituros expecta pauliſper, & ſepeli. Forſitan & laxis vberum pellibus mater avatam rugis frontem, antiquum referens mammæ lallare congeminet. Dicant, ſi volunt, & Grammati-*

ci:

ci: Inte omnis domus inclinata recumbit. Facile vincit hæc vincula amor Dei, & gehenna timor. At cõtrá ſcriptura præcipit parentibus obſequendum. Sed quicumque eos ſupra Chriſtum amat, perdit animam ſuam. Hæc figura ſemper incipit à Conceſsione, vt exemplis cõſtat.

Tranſitio, ſeu Metaſtaſis eſt cùm paucis monemus, quid dictum ſit, & quid poſtea ſimus dicturi. Illa Catheciſmi de quinto ad ſextũ decalogi præceptum Metaſtaſis eſt ellegantiſsima: *Rectè quidem, atque ordine illam, quæ hominis vitam à cæde tuetur, legem hæc, quæ de mechia, ſiue adulterio eſt, conſequitur,* &c. Hæc autem continetur octo illis modis, quos in Eloquentia Romana conſtitui.

Hæc de figuris, & tropis eccleſiaſticis ſufficiãt. Nam plura, quæ dici poſſent, huc mihi referenda videntur. His verò ſacros ſcriptores imitantes ad docendum, ad delectandum, & ad perſuadendum vti debemus. Quia docere neceſsitatis, delectare ſuauitatis, perſuadere finis eſſe dicunt, & ad hæc tria munera Eloquentia adinuenta eſt. Et quamuis eius ſint duę partes tantùm: non inficiabimur, ipſam adiumẽto aliarum facultatum, ſicut & alias illius egere. Nam ſic ſcientiæ, vt virtutes omnes omnium participes ſunt, Ideo aliqua mutuemur, quæ huc ſpectare videntur.

CAPVT

CAPVT XV. DE SENsu quadruplici sacræ scripturę.

TOTAM huius capitis doctrinam plurimi faciamus oportet, quia desumptam ex Angelico Doctore in prima suæ summæ parte quæst. 1. arti. 10. & alijs, quos refert. Affirmat ergo D. Thom. sacræ scripturæ sensum quadruplicem esse, scilicet, literalem (& hic multiplex est,) & spiritualem, qui triplex inuenitur, videlicet, Allegoricus, moralis, & anagogicus. Quia cùm in omnibus scientijs voces significēt: hoc habet proprium sacræ scripturæ notitia, quod ipsę res significatæ per voces etiam significant aliquid. Illa igitur prima significatio, qua voces significant respertinet ad primum sensum, qui est sensus historicus, vel literalis. Attamen illa, qua res significatæ per voces iterum res alias significant, dicitur sensus spiritualis, qui super literali habet fundamentum, & eum omnino supponit.

Hic autem sensus spiritualis trifariam diuiditur. Sicut enim dicit Apostolus ad Hebręos septimo: *Lex vetus figura est nouæ legis*, & ipsa noua lex (vt inquit Dionysius in ecclesiastica Hierarchia) est figura futurę glorię. In noua etiam lege ea, quę in capite sunt gesta, sunt signa eorum, quæ nos a-

gere

gere debemus. Secũdum ergo quod ea, quæ sunt veteris legis, significant ea, quæ sunt nouæ legis, est sensus allegoricus secundum verò quod ea, quæ in Christo sunt facta, vel in his, quæ Christũ significant, sunt signa eorum, quæ nos agere debemus, est moralis sensus: prout verò significant ea, quæ sunt in æterna gloria, est sensus anagogicus. Quia verò sensus literalis est, quem author intendit (author sacræ scripturæ est Deus, qui omnia simul suo intellectu compræhendit) non est inconueniens (vt dicit D. Augustinus) si etiam secundum literalem sensum in vna litera scripturæ plures sint sensus. Hæc D. Thomas. Etiam ipse docet historiam, Ethymologiam, & analogiam pertinere ad multiplicem literæ sensum. Nam historia (vt ipse Augustinus exponit) est cùm simpliciter aliquid proponitur. Etymologia verò, cùm causa dicti assignatur. Analogia quãdo veritas vnius scripturæ ostenditur veritati alterius non repugnare. Sola autem Allegoria inter illa quatuor pro tribus spiritualibus sensibus ponitur, sicut & Hugo de S. Victore sub sensu allegorico etiam anagogicum compræhendit, ponens ipse tertio suarum sententiarum solùm tres sensus, scilicet historicum, allegoricum, & tropologicum. Hæc etiam ex ipso Angelico Doctore affirmante parabolicum sensum etiam cõtineri literali. Nec est literalis sensus ipsa figura, sed id quod est figuratum. Non enim cum scriptura nominat *Dei brachium*, est literalis sensus, quôd in Deo sit membrum huiusmo-

di corporale, sed id quod per hoc membrum significatur, scilicet *virtus operativa*. In quo patet, quod sensui literali sacræ scripturæ numquam potest subesse falsum. Exemplum omnium horum quatuor sensuum sit hæc vox *Hierusalem*. Nam literali, vel historico significat ciuitatem illam principem totius Palestinę, in qua regnauit Salomon; allegorico ecclesiam militantem: tropologico, seu morali quamuis animam fidelem; anagorico patriam triumphantem. Et etiam hæc vox Sion. vnde versiculus iste antiquus. *Litera gesta docet, quid credas allegoria, Moralis quid agas, quò tendas anagogia. Sicut Hierusalem Polus est terrena fidelis, Constans Ecclesia, mons fortis, patria summa.*

CAPVT XVI. DE historia Sacra.

QVIA de fabula in Eloquentia Romana agimus hoc capite, loco eius mihi visus fui debere exponere quidquid de historia sacra ad propositum spectat. Quæ quidem est narratio sacrarum rerum gestarum, quæ potissimùm in viginti septem libris continentur; quinque Mosis, Iosue, Iudicum. Ruth, quatuor Regum, duobus Paralipomenon, Iob, Thobiæ, Iudith, Esther, duobus Esdræ, duobus Machabæorum, quatuor Euangeliorum, & Actuum Apostolorum;

qui-

Digitized by Google

quinimo & per modum narrationis in cæteris omnibus. Nam prophetiæ, prouerbia, morum doctrina, & alia id genus plura, precationes, cantica, obsecrationes, & præcepta, quæ in prophetis habentur tam maioribus, quàm minoribus, psalmorum, Salomoniſque libris, Pauli, & aliorum epiſtolis, & Ioannis Apocalypſi per modum hiſtoriæ referuntur. Quare ſimul cum hiſtoria cæterę partes incedunt, ſed non vſque adeo præcipuè. Nam tametſi cùm primùm a quibuſdam dicta ſunt, ſecundum huiuſmodi ſpecies ſint prolata: ab authore tamen libri in hiſtoria ſunt relata. Sicut benedictiones Iacob Geneſis 49. ab ipſo quidem vt propheta benedictiones ſunt; Moſes verò, qui eas refert, ordine narrat hiſtorico. Et cùm ipſe Moſes prophetico quidem ſpiritu ait: *In principio creauit Deus Cœlum, & terram*: de præteritis quidem dicit, ſed nihilominus hiſtoriam texit. Sic prouerbia Salomonis, ſeu ſententię Eccleſiaſtici, ſic Apoſtolorum moralis doctrina. Non ſolùm autem hæc, verum, & huius diuiſionis cæterę partes hiſtoriæ ſubiacent, quas ad rem narrationem vſurpat, vt etholo giam, analogiam, ſimilitudinem, & figuram. Etho logia, ſeu Etymologia eſt (vt diximus) cùm eius quod dicitur cauſa reditur. Tale eſt illud Matthæi: Vocabis nomen eius Ieſum, ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eorum. Cùm enim Hebræis *Ieſuagh* ſaluator ſit, & ſalus: per Etologiã impoſitionis nominis rationem redit, *quia ſalutem populo ſit allaturus*. Idem capit. 19. *Moſes permiſit*

libellum repudij, Et subiecit rationem dicens: *obduritiam cordis vestri.* Hoc est Etymologia, seu nominis ratio.

Analogia (etiam vt dictum est) cùm ostenditur veritati vnius loci veritatem alterius non repugnare, imò alludere, seu intelligentia vnius per alterum, vt illud Exodi: *Apparuit Dominus Moysi in flamma ignis de medio rubi.* Cui aduersari videtur illud Ioannis: *Deum nemo vidit vnquam.* Quæ tamen per Analogiam exponuntur Actorum 7 dicente Stephano: *Apparuit Moysi Angelus in monte Sina in igne flammæ rubi*; significante non Dei personam, sed Angelum vices illius gerẽtem apparuisse, ac ideo quasi personæ Dei verbis vtebatur: *Ego Dominus.* Vt solent Proreges, Præsides, Præfecti, & prouintiarum, & ciuitatum Gubernatores authoritate, & nomine Regis verba proferre.

Ad eũdem modũ est illud Genesis 32. *Vidi Dominum facie ad faciem.* Exponit per analogiam Paulus addens verbum, *sicut & cognitus sum.* Indicat non sic uisum esse a Iacob. Cæterum si Moysi, & Paulo id speciali Dei priuilegio concessum sit, ad huc sub iudice lis est. Si videre desideras loca multa per hanc analogiam conciliata. Camaram Cõplutensem ex ordine Minorum consules. Ad analogiam refertur simplex similitudo, quæ est absque tropo. Nam vnius ad aliud per explanationẽ allusio est, quia quod affertur, per simile explicatur. Et hoc genus tam latè patet, quam rerum explicationes per similitudines sunt. Iuniolus Epis-

copus

copus Aphricanus scientiam diuinæ legis in quatuor species tantum partitur, scilicet historiam, propheticam, prouerbialem, & simplicem morũ doctrinam. Et cùm de historia dixerimus, reliquũ est, vt cæteras persequamur.

Primum se offert Prophetia, quæ rerum latentium præteritarum, præsentium aut futurarum ex diuina inspiratione manifestatio est. Sic Moses præteritam exposuit creationem. Sic præsentem Ananiæ, & Saphiræ fallaciæ culpam prophetico spiritu agnouit Petrus, & Elisæus auaritiam Giezi. Sic Esaias. futurum vt virgo conciperet in vtero, & Deum hominem pareret. Hæc verò omnia latentia sunt. Alioqui cùm iam nunc nos futuram resurrectionem, & iudicium prædicamus, prophetæ non sumus, quod per fidei articulos a prophetis, & Apostolis prædicta, & manifestata vulgamus. Nec si ex Dæmonum instinctu quis latentia propalet, propheta nuncupandus erit, sed falsus propheta, non tantùm quia falsa vaticinetur, sed quia a fallaci spiritu prodeuntia. Prophetia verò in his libris potissimùm recondita Psalmis, Esaia, Hieremia, Ezechiele, Daniele, Ossea, Ioele, Amos, Abdia, Iona, Michæa, Nahum, Abachuch, Sophonia, Aggæo, Zacharia, Malachia, & Apocalypsi, in quibus tametsi per modum historiæ nonnulla referantur, vt in Esaia de Achaz, & Ezechia Regibus Iudæ: ad prophetiæ tamen approbationem apponuntur. Ad Prouerbia, & morum etiam doctrinam multa sunt in eisdem spectantia, sed tamen

illic inſeruntur, quia habent in ſe propheticam ſpeculationem.

Prouerbiorum verò doctrina verborum concisione, & breuitate miras, & profundas ſententias continet. Vt in Parabolis Salomonis,& in Eccleſiaſtico Ieſu filio Sirach. Et quamuis eius doctrina ad mores attinet, quia hoc ſpeciali modo breuitatis proponuntur,& coaceruantur: id nominis adepta fuere Prouerbia,Græcè Paræmia.De quibusvt exornantibus orationem ſuo loco diximus.

Ethica verò doctrina, quæ appellatur ſimplex, & plana mores componere docet ſine verborum inuolucris. Hæc propterea ſimplicis doctrinę nomen ſortitur, quod nec hiſtoriam texat, nec prophetiam adumbret,nec prouerbia proferat,ſed ſolùm ſimplici ſtylo doceat; vt ſit præcipuè in libro Eccleſiaſte Salomonis, in Pauli,& aliorum epiſtolis. Quod ſi in his nonnihil aliarum ſpecierum immiſceatur,non præcipua quidem intentione, ſed ad doctrinę commendationem.Nam cùm ait Paulus: *Dum veniſſem Troade in Euangelio Chriſti, oſtium mihi apertum eſt.* Cumque peregrinationem ſuam in Arabiam, reditum in Hieruſalem, Euangelicæ prædicationis ſucceſus, multaſque perſequutiones â ſe perpeſſas refert:hiſtoriam texere videtur. Rurſus cùm ait:*Ecce,myſterium vobis dico,omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur*: ſuaſque futuras calamitates,captionem,mortem,& alia vaticinatur; prophetæ opus aggreditur. Præterea cùm inquit:*Cretenſes malæ beſtiæ, &, Corrumpũt bonos*

mores

Digitized by Google

mores colloquia prauæ: prouerbiorum vtitur verbis. Omnia tamen hæc pro doctrinæ commendatione inseruntur.

Conueniunt autem historia, & moralis doctrina, quia vtraque, specie prima facilis apparet, quamquam multum considerationis, speculationis, & intelligentiæ contineat. Prophetiæ verò, & prouerbia primo aspectu difficillima inueniũtur, quamuis intellectu aliquorum iudicio non sint ardua. Sed quia plura, quæ hîc dici poterant, non ad nos spectant, dictis contẽtus esse debes, lector amice. Ad propositam eloquentiæ doctrinam redeamus, & eius alteram partem explicemus.

CAPVT XVII. DE Pronuntiatione, parte altera Eloquentię

PRonuntiatio, vel Actio altera pars Eloquentię, & qua ipsa perficitur, est prolatio, seu sonus vocis, gestus, seu motus corporis accõmodata ad id, quod postulat res, de qua agitur. Et quàm sit difficile de hac præcepta tradere, declarat his verbis Cornificius, siue Cicero: Quia nemo de pronuncianda ratione diligenter scripsit (nam omnes vix putarunt posse de voce, vultu, & gestu, dilucidè scribi, cùm hę res ad sensus nos-

tros pertinerent) & quia magnopere ea pars a nobis ad discendum comparata est, & comparanda: non negligenter videtur tota res considerandа. Nec cogito quemquam esse nescium, quantum susceperit negotij, qui motus corporis exprimere verbis, & voces scripto imitari conatus sit. Hæc igitur vna pars maximè in dicendo dominatur, sine qua summus etiam Theologus esse in numero nullo potest; mediocris verò hac instructus summos etiam superare, & maximi concionatoris nomen solet lucrari. Nam & infantes Actionis dignitate Eloquentiæ fructum sæpe tulerunt, & multi; disserti deformitate agendi infantes putati sunt. Cuius rei ea vel præcipua esse causa videtur, quod auditores ita afficiuntur, vt ad eorum oculos, & aures vultus, fermoque peruenit. Idco mellore ore fluens Bernardus de hoc dixit: *Solet acceptior esse sermo viuus, quàm scriptus, & efficatior lingua, quàm litera, nec tam affectum exprimit scribens digitus, quàm vultus. Non tam enim quid dicas, aut quibus verbis dicas, quàm quo vultu, & actione dicas attendere homines solent. Id adeo verum est, vt si rem indignissimam lenta, & languida voce pronuncies, ita ipsi quoque eamdem concipiant, neque pro rei indignitate moueantur. Contrà verò si leuem iniuriam acri voce, & vultu enuntiaueris, similem motum auditorum animis incuties. Est enim Pronuntiatio velut extrema orationis forma, quæ tales in auditorum animis motus, & affectus ingerat, qualis dicentis vox, vultus, & gestus fuerint. Nec ad motus animorum tantùm, sed ad fidem etiam faciendam apta pronun-*

ciatio plurimum valet. Id voluit ostẽdere maximus. Hieronymus dicens sic: *Habet nescio quid latentis energiæ viua vox, & in aures discipuli de doctoris ore transfusa fortiùs sonat.* Omnis autem Actio duas partes habet, scilicet vocem, & gestum, quarum altera aures, altera oculos mouet. Per quos duos sensus omnis in animum penetrat affectus. Sed notandum est illas quatuor virtutes, quas desiderat recta Eloquutio, debere etiam esse rectæ Pronuntiationi, scilicet vt sit emendata, dillucida, ornata, & apta. Emendata, ne qua rusticitas, barbaries peregrinũ quid, aut aliàs vitiosum sonet. Dillucida erit, si verba tota protulerit, quorum pars deuorari (vt ita dicam) pars destrui solet plerisque extremas syllabas non proferentibus, dum priorum sono indulgent, expressa enim debent esse verba. Ornata est, quando Pronunciationi suffragatur vox facilis, magna, flexibilis, firma, dulcis, durabilis, clara, pura, secans aerem, auribus acquiescens. Apta denique erit, cùm ad singulas res vocis mutationes, flexus auditoris animus, qui ex loquentis ore pendet, tot intra se concipit motus, quot ille sonos mutat. Hęc; & quæ in Romana Eloquẽtia dico, cũ dictis ab alijs cõiũges, vt quidquid cõueniat ad Pronũciationẽ dici, neche, recte teneas.

CAPVT XVIII. DE Oratione.

ORATIO eloquens, siue rhetorica (vt ex dictis potest inferri) est illud, quod dicitur exornatum, ac perpolitè cõpositum. Id verò quatuor continet partes, exordium, scilicet, narrationem, confirmationem, & peroratione, siue epilogum. Quamuis harum partiũ quædam alias in se continent, sed hoc comprehendũtur nomine, etsi aliud etiam sortiantur. De illis dicemus suis capitibus, ac siqua hîc, & ibi desiderabuntur: in Eloquentia Romana inuenies, non enim iterum referre volumus (quamuis decies repetita debent placere) ne fortè tibi, lector, fastidium moueat nec miseros repetita crambe occîdat.

CAPVT XIX. DE EXordio prima parte orationis.

EXORDIVM est, quo animus auditoris ad audiendum præparatur. Id duobus modis solet fieri, aut palam, & tunc exordium ab omnibus appellatur, aut latenter, quod multi insinuationem, vel Exordium Obliquum nuncupant. De vtroque, deque virtutibus, seu vitijs exordiorum in Romana Eloquẽtia videre poteris. Notandum tamen erit in diuinis concioni-

bus

bus ſemper Exordium verſari, vel in expoſitione alicuius ſacræ ſcripturæ loci, vel figuræ, aliqua ve in ſimilitudine, apotegmate, paræmia, ſententia cum amplificatione. Ac in laudibus Sanctorum poteſt ab ipſis Exordium proficiſci, vel potiùs tota oratio, vel pars eius præcipua poſt eſſe narratio.

CAPVT XX. DE NARratione ſecunda parte Orationis.

NArratio eſt, quando orator exponit rem factam, vel tamquam factam. Et quia in concionibus ſacris quædam narrationum genera ſeſe offerunt: illa attingemus.

Primum eſt, cùm res geſtas, quæ vel in ſacris literis, vel in vitis Sanctorum continentur, ad confirmandum aliquid commemoramus. Secundum quod tractatur amplificandi cauſa. Tertium, quod allegoriç, vel tropologiç ſeruit. Quartum in Euangelica lectione explicanda verſatur.

Primum horum eſt, quando narramus hiſtoriã. Vt Ioſephi â fratribus proditi, Dauidis, Thobiæ, Iudith, Eſter, Ionæ, cęteraſque ſimiles alicuius vtilitatis gratia in diuerſis concionum partibus cõmemoramus. Nemo autem putet, facile cuique

Digitized by Google

esse huiusmodi exempla artificiosè, & eleganter dicere. Hac enim in re Eloquentia dominatur, vt iucundam narrationem efficiat. In ea namque tũ animorum motus, tum verba varijs personis conuenientia, tum etiam breues rerum descriptiones adhibentur, quæ fere rem oculis subiiciant. Et hoc fiet commodiùs, si lętis iucunda, seris grauis insignibus ornata, tristibus acerba tribuatur expositio. Nam non quæuis narratio cuiuslibet historiæ hãc constituet Orationis partem, sed illa tantum, quã quidam Propositionem, multi Thema appellant. Et habet hæc illas proprietates, quas in Romana fusiùs dicimus.

Secundum narrationis genus, quod amplificationi seruit, quo videlicet egregia Sanctorum facta, aut detestanda malorum exempla amplificare volumus. Hac ratione Origenes obedientiam Abrahæ in filij sacrificio: Gregorius Nazianzenus vitam, & mortem beati martyris Cypriani: D. Basilius quadraginta militum martyrium: D. Chrisostomus triumphum trium puerorum, quos Nabuchodonosor infornacem coniici imperauit, constantiam, & animi magnitudinem amplificat. Et id maiorem Eloquentiæ vim quam primum desiderat. Tertium genus pertinet ad mysticos Sanctarum scripturarum sensus. Quia verò Sancti olim Patres in his mysticis sensibus explicandis versati sunt, & hoc ipsum ad concionatoris officium maximè spectat: maximopere vellem nostri sacri oratores (quos vulgus Prædicatores vocat) imiten-

tur

D.Hieronymum, Augustinum, Gregorium, Ambrosium, Chrisostomum, & Origenem. De hoc enim extremo primus inquit: *Liberis campis allegoriæ vagatur, & interpretatis nominibus singulorum, ingenium suum facit Ecclesiæ sacramenta.* Modus igitur in his adhibendus est, & media; hoc est, media via incedendum, vt videlicet numquam allegorias requiramus, nisi cum res ipsa mysticum sensum desiderare videatur. Cùm enim Christus in Euangelio lutum facit ex sputo, & cęci oculos linit, & ad Natatoriam Siloe mittit; cùmque surdum, ac mutum a turba secernit, & expuens tangit linguam eius, & digitos mittit in aures, & gemit, & cœlum suspicit: apertè hæc omnia mysticum aliquid nobis hîc latère insinuant, & ideo in hac re feruet cõcionator regulam traditam ab ipso Origene, scilicet quoties, vel sacra historia, vel in veteris legis præceptis, sacrificijs, & cęremonijs aliquid inueniatur, quod prima (vt aiũt) facie vel otiosum, vel parum rationi, & ęquitati consonum ibi mysticũ sensum requiramus; vt quod in litera scriptoris, aut legislatoris dignitati minùs conuenire videtur, in mystico sensu maximè conuenire ostendatur.

Hæc pars (vt dixi) aliquando dicitur Propositio, & digna est hoc nomine, quando breuiter status, & summa totius causæ compræhenditur. Et sit hoc quartum narrationis genus, quod in euangelica lectione explananda versatur, quæ omitti nũquam potest, quia omnis cõfirmationis caput est.

Si

Si propositio simplex nõ est: subijcitur partitioni, quę est breuis enumeratio partium propositionis. Ea duplex est, vna, quæ tantum in genere iudiciali inuenitur, per quam aperimus quid cum aduersarijs conueniat, & quid in controuersia relinquatur. Altera est, qua in omnibns causarum generibus vti licebit, per quam explicamus quot, & quibus de rebus simus dicturi, & quem sequuturi in dicendo ordinem ostendimus, vt quid quaquè de re, quo ve loco dicendum sit, appareat. Cætera verô, quæ de hac re præcipi possunt, prudentis concionatoris iudicio relinquuntur, quandoquidem totam hanc rectè disponendi rationem (a qua diuisio manat) Cicero prudentiæ magis consilio, quâm artis præceptis constare putat. Sed nihilominus, ne te pudeat in memoriam reuocare, quæ de hac parte in Eloquentia Romana docemus.

CAPVT XXI. DE Cõfirmatione, tertia Orationis parte.

COnfirmatio est, qua probamus id, quod intendimus persuadere; cuius totum opus dialecticum est, quâquam exornetur schematibus Eloquentiæ. Confirmatur ergo propositum vel locis sacræ scripturæ, vel similitudinibus,

Digitized by Google

vel cõtrarijs, vel quibuſuis locorum Topicorum. Ac ſi laudes alicuius Sancti, vel virtutes confirmãdæ ſunt: argumenta poſſunt deduci a vita, & virtutibus eius, & excellentijs inſignibus harum. Et quia eadem ratio, & doctrina oppoſita comprehendit: ijſdem medijs, ſeu viribus quibus confirmanda ſtabiliuntur, confirmanda, & confutanda diluuntur, infirmantur, & eleuantur docẽdo priora vera eſſe, & contraria falſitatem in ſe continere maximam, quamuis pro veris â cæcis mortalibus aſſumpta ſint. Hæc, & quæ Eloquentia Romana docet, ad hanc partem maximè ſpectant.

CAPVT XXII. DE Peroratione, quarta orationis parte.

PEroratio, ſeu Concluſio Latinè, Græcê, Epilogus, eſt vltima orationis pars, vel artificioſus illius, quod dictum eſt, exitus, qui fere vel enumeratione, vel affectibus conſtat. Adhanc partem aptiſsima eſt frequentatio, ſeu congeries; illa enim efficitur, vt omnia dicta, ac in orationis corpore toto diſperſa facili negotio auditores recordentur, ac de nouo memoria teneant. Per eam res diffuſè dictæ vnum ſub aſpectum ſubijciuntur. Hæc ſi ſemper eodem modo tractabitur, perſpi-

cuè

cuè ab omnibus artificio quodam tractari intelligetur: sin variè fiet; & hanc suspicionem, & satietatem vitare poterit. Quare tum id facere oportebit, vt plerique faciunt propter facilitatem sigillatim vnamquamque rem attingere, & ita omnes transire breuiter argumentationes: tum autem (id quod difficilius est) dicere quæ partes expositæ sint in partitione, de quibus concionator policitus sit dicturus, & reducere in memoriam, quibus rationibus vnamquamque partem confirmauerit; tum ab ijs, qui audiunt quærere, quid est, quod sibi velle debeant demonstrari, hoc modo: Docuimus hoc, illud perspicuum, & planum fecimus. Ita simul & in memoriam redibit auditor, & putabit nihil esse præterea, quod debeat desiderare. Atque in his generibus tum argumentationes proprias percurrere separatim; tũ id (quod artificio sius est) cum proprijs contrarias coniungere, & suam argumentationẽm orator dixerit, quemadmodum contrariam diluerit ostendere. Ita perbreuẽ comparationem, auditoris memoria, & de confirmatione, & de confutatione redintegrabitur.

Atque hæc alijs actionis quoque modis variare oportebit. Vide quæ restant in Eloquẽtia Romana.

Digitized by Google

CAPVT XXIII. DE Queæstionibus, & causarum generibus.

QVIA volumine Romanæ Eloquentiæ disserimus, quæ ad hanc doctrinam desiderari poterāt, deprecor, lectorē ipsum legat, atque si quid ampliùs notare cupit, cùm ex illa diuisione quæstionis quid ad hanc artem necessarium sit intellexerit. Primum quidem (post illic exposita) alium inuentionis fontem ad infinitam, quæstionem, alium ad finitam, quas Thesim, & Hypotesim Græcè appellari dicimus, requiri notabit. Ad Thesim quippe tractandam argumenta ex ipsis præcipuè locis depromuntur, quæ Topica vocātur. Ad Hypothesim verò ex circunstantiarum locis, quæ vel rebus, vel personis attributa sunt, quia huiusmodi quæstiones rerum, aut personarum certis punctis implicitæ sunt, quamuis argumenta specialia, quæ ex illis peculiaribus circunstantijs oriuntur, ad Topicorum quoque loca referantur (vtpote quæ ambitu suo omnia argumentorum genera comprehendant) quia tamen multiplices, & variæ circunstantiæ sunt, multaquè ex illis argumenta eruuntur: singularis earum tractatus a locis illis seiungi debet, quo illa, quæ illic breuiter in adiunctorum, & cau-

sa-

sarum loco insinuantur, copiosiùs, & latiùs tractẽtur. Hæc eadem quæstionis diuisio facit, vt intelligamus (quod & Cicero, & cæteri huius artis scriptores docent) nempe vt quęstionem finitam ad infinitam, hoc est, Hypotesim reuocemus ad Thesim. Quod vt exemplo pateat, reducamus in memoriam fere omnia exordia, illa nempe continentur Thesi, vel quæstione generali, referunturquè ad Hypotesim, cùm dicitur a concionatoribus: *IN lectione Euangelica hodierna, vel in themate proposito hoc constat.*

Eadem quæstionis diuisio valet, vt pernoscamus aliter quæstiones, quarum finis est scientia, aliter eas, quas actionis appellamus esse tractandas. In illis namque satis est, vt vel rei naturam explicemus, vel dubiè fidem faciamus; in his verò non ad sciendum modò, sed ad aliquid agendum, vel aliquem motum in animis excitandum auditor impellendus est, quod maiorem vim, & impetum orationis inquirit. Sed notandum est in diuinis etiam illas quæstiones, quarum finis est scientia, esse contemplationis, & mentis in Deum raptæ obiectum. Itaque ipsa scientia hanc actionem, seu spirituale opus parit, vt cùm Deum esse trinũ, & vnum fide sciamus: hinc oriatur huius altissimi mysterij contemplatio, & in alijs nostræ fidei mysterijs multis. Hoc frequentissimum est in illis, qui vitæ contemplantis rationem sequuntur.

§§

CAPVT

CAPVT XXIIII. DE Memoria.

MEmoria nec est pars Eloquentiæ, nèc alterius facultatis, sed animi potentia ad omnes percipiendas necessaria, sicut & mens,& voluntas, nam absque illis nulla addiscetur.Hæcverô potentia,seu animi facultas est, per quam animus ipse repetit ea,quæ fuerè. Est iterata resumptio alicuius apprehensi sensu, vel intellectu. Memoria est in multis animalibus alijs (secundum Philosophum) sed in illis non inuenitur Eloquentia,non igitur est pars illius; reminiscentia verò tantùm in hominibus est. Differũt autem memorari,& reminisci;primô secundum tempus, quia licet vtrumque sit circa præteritum:tamen reminiscencia requirit obliuionem in tempore intermedio,quod nõ requirit memoratio.Item,memoratio bene conuenit alijs animalibus ab homine,reminiscentia verò non.Memoria est pars integralis prudentiæ, quia ad eam requiritur experimentum multorum, quod haberi non potest absque memoria præteritorum. Hæc omnia Aristoteles, qui dicit experimentum fieri ex pluribus memorijs.Multis authoritatibus grauissimorum virorum ostendere tibi (ò lector) volebam nullo modo posse esse memoriam partem Eloquentiæ, sed facultatem animi,& veritas adeo perspicua, & pla

na mihi visa est, vt id iudicarem otiosum; sed si de illis, quæ necessaria sunt ad perdiscendam hanc, & alias artes, & scientias licet verba facere dicamus etiam de alijs.

Intellectus etiam est maximoperè necessarius ad id consequendum, quia est vis animæ, quę inuisibilia percipit, secundum Augustinum, ac secũdum Philosophum est habitus principiorum intelligibilium. Hæc facultas est, quam quidam iudicium appellant, nec defuerunt, qui etiam Eloquẽtiæ partem eam constituere voluerunt. Sed si eius esset, eo quod est necessaria ad perdiscendam illam (quod fateor) etiam omnium scientiarum esset, quod quiuis mente sanus non absurdum inficiabitur.

Voluntas alia animi facultas non minimum, sed plurimùm ad hoc negocium valet, quia nulla res tam facilis, quam si inuitus facias, non difficilis fiat. Vnde Augustinus: *Qui voluntatem applicat operi, opus applicat voluntati; nos enim Domini nostrarum operationum a principio vsque ad finem sumus.* Ideo quã do repetitur illud: Dimidium facti, qui cæpit, habet soleo; ego adiungere id: *Qui voluit cæpit.* Hoc dicens fateor necessariam admodum hanc facultatem esse ad perdiscendam hanc, & alias artes, seu scientias; sed esse partem, numquam fatebor.

Non solum hæc, verùm alia tria ad hanc dicendi doctrinam parandam magni interesse affirmabo, quinimo nessaria esse, naturam scilicet, artem, & exercitationem. Alij addunt imitationem, quã

ego

Digitized by Google

ego vel arti, vel exercitationi adiungo.

Natura, seu Ingenium ad dicendum vim affert maximam. Nam & animi, & ingenij celeres quidam motus esse debent, qui ad excogitandum acuti, & ad explicandum, ornandumque sint vberes, & ad memoriam firmi, ac diuturni. Quæ accẽdi, accommoueri arte possunt, inseri tamen, & donari ab arte non possunt omnia, sunt enim dona naturæ. Illa enim naturæ sunt, quæ cum ipso homine nascuntur, linguę solutio, vocis sonus, latera, vires, cõfirmatio quædam & figura totius oris, & corporis. Quæ tamen ab arte limari possunt, & quæ bona sunt fieri meliora possunt doctrina, & quæ nõ optima aliquo modo acui, & corrigi possunt, Neque si quid naturale fortè non habes, dicendi studium relinquas, magni enim facere debes illam ipsam, quamcumque habueris, mediocritatem.

Notatio, atque animaduersio naturæ peperit artem. Ars habet hanc vim, non vt aliquid, cuius ingenijs nostris pars nulla sit, pariat, & procreet; sed vt ea, quæ sunt orta iam in nobis, & procreata, educet, atque confirmet. Qua de causa studiosè colenda est, vt quæ viam, & rationem dicendi doceat. Et si enim magnis ingenijs pręditi quidã dicendi sine arte copiam sunt consequuti: ars tamen certior est dux, quàm natura, & maximi momenti, ac ponderis ad Eloquentiam.

In præstanti natura, quam ars expoliuit, exercitatio absolutionem, perfectionemque dicendi cõ

ſumat. Cùm enim ad naturam eximiam, & illuſtrẽ acceſſerit ratio quædam, confirmatioque doctrinæ: tum illud neſcio quid præclarum, ac ſingulare ſolet exiſtere. Quo circa intereſt per magni ſtudium, & ardorem quemdam amoris aſſumere, ſine quo, cùm nihil quidquam egregium, tum certè Eloquentiam nemo vmquam eſt aſſequutus. Ex hoc ardore naſcitur diligentia, quæ vt in omnibus rebus, ſic in dicendi facultate valet plurimum. Hæc præcipuè colenda eſt nobis, hæc nihil eſt, quod non aſſequatur. Ideo hæc cum natura, quæ optima eſt, & cum arte, quæ a natura profecta eſt, iungi debet; quia natura habilem, ars facilem, exercitatio potentem ſtudioſum cuiuſuis facultatis facit; & nemo his qui hanc optimum eſſe magiſtrum neget; nec ideo erit, qui aliquam ex his tribus partem Eloquentiæ eſſe fateatur.

Hæc ſunt (candide, & amice lector) quæ de vi, ac ratione Eloquẽtiæ ſacræ habui dicenda, & quæ huius facultatis intereſſe fui arbitratus. Multa alia deſiderabis, ſi ad rationem Oratoriã ſpectes, quia hæc illius pars eſt ipſam integrans. His tamen præceptis multa inuenire poteris, ſi Salomonem audieris dicentem: *Da ſapienti occaſionem, & addetur ei ſapientia.* Hîc ego non omnia Oratori neceſſaria, ſed quæ debet Eloquentia mutuari, propono. Illius diffinitionem tradidi, eius partes aſsignaui, & primę eloquutionis, ſcilicet, virtutes enumerauí, tropos conſtitui, verborum ſchemata fui perſequutus, ſententiarum conformationes expoſui,

qua-

Digitized by Google

quadruplicem ſcripturæ ſenſum enodaui, hiſtoriã ſacram propoſui pronunciationis vim docui, orationem, eiuſque quatuor partes explicaui, quæſtionum genera diuiſi, de memoria intellectu, voluntate. natura, arte, & exercitatione pro mea viri li parte dixi. Si quid Dei habes: quod volui, nec potui perficere factum computabis. Multa multis in mẽtem venire neceſſè eſt; ſed fieri nequit, vt quæ omnes cogitant, dicat vnus. Ac ſi acriùs, & acutiùs vitia viderint, & culpent; quãm recta notent, & laudent: confido non de futurum aliquem, cui meum ſtudium gratum, meus labor iucũdus, mea induſtria aeommodata fuerit; vnuſque cum ſit, & alter; contentus ero. Nec deſiſtam ipſos orare, nec ex oratos diffidam verbis Hietonymianis ad Paulam, & Euſtochium ſic: *Fundatis pro me ad Dominum preces, vt quandiu in hoc corpuſculo ſum, ſcribam aliquid gratum vobis, vtile Eccleſiæ, dignum poſteris. Præſentium quippe iudicijs oblatrantium non ſatis moueor, qui in vtramque partem aut amore labuntur aut odio.*

FINIS.

Omnia cenſurę Eccleſiæ ſubiecta ſunto.

Non decent ſtultum verba compoſita.
Proverb. 17.

Digitized by Google

Digitized by Google

ELOQVENCIA

ESPANOLA EN ARTE, DIRIGIDA

à don Fernando de Ballesteros, y Saauedra
Capitan de la Infanteria del Campo de Montiel.

De nueno muy corregida y aumentada, por su autor.



EL MAESTRO BARTOLOME XIMENEZ
Paton Catedratico della en Villanueva de los Infantes, Correo mayor, y Notario del archivo de la Curia Romana, y del santo Oficio de la Inquisicion de Murcia: natural del Almedina, campo de Montiel

Digitized by Google

Digitized by Google

EL LICENCIADO Antonio Martinez de Mio ta Catedratico, de vma nidad, en Cuẽca.

SIde Paton à Platon
vna letra menos vbo
fue por misterio que tubo
tarde su declaracion
porque enseñando, Paton
como Platon Eloquencia
es con esta diferencia
merded de influxos mas buenos
que nos à dado con menos
lo mas de toda la ciencia,

Hiço vn enjambre panal
en la boca de este Griego
que fue pronostico luego
de su meloso caudal
mas interpretose mal
porque a boto de hombres sauios
no le pasò de los lauios
y los de Paton en fin
son en Romance y Latin
la miel de Tulios y Fauios.

Digitized by Google

PROLOGO AL Lector.

LA cosa que mas acredita al hõbre, y le haze ganar nombre de prudente, y sauio es sauer bien el lenguage en que cada vno nace. Asi quando ya naturaleça le à enseñado lo que basta para formar bien las voces, y pronuncia con buen accento, y ortografia: es bien deprendamos la propiedad de nuestra lengua materna. Depues desto asienta bien la Eloquencia, y el cuidado, y diligencia del decir bien (que es comun en todas las lenguas) ponerlo cada vno en la suya. Porque el ornato le hara estimar, y la falta serâ a todos manifiesta, por poder ser todos jueces en condenarle, ò librarle. Consta delo que le sucedio à Teofrasto en Atenas, que vna vieja le llamò estrangero por auer errado vn vocablo: de lo qual quedò el mui corrido. Luego segun esto no serâ el mio trabajo desagradecido, pues se endereça en seruir a nuestros Españoles con este arte, y precetos de Retorica, ò Eloquencia Española. Que aunque no era menester, que nuestra lengua vbiera llegado a tan alta monarquia como oi estâ para ayudarla a subir era necesario: mas ya que ella al presente se ve en tanta

glo-

Digitized by Google

gloria sirua este trabajo para conserbarla en su puesto descubriendo el grande ornato que los escritos de los nuestros tienen, que es tanto, que pienso la Hebrea, Griega, y Latina no la esceden en tropos, figuras, modos, frases, y elegancia. Y porq̃ no me imputẽ que soi testigo apasionado alabando cosa tan propia nuestra como lo es la dinidad, y escelencia dela lengua Española, no quiero probar mi intento con lo que otros muchos antes que yo an dicho por ser tan hijos suios y de animo tan Español como el mio, ni cõ decir, que es tan general, que en las Indias todas, que se van ganando se enseña por arte, como la Latina en tiempo, que los Romanos conquistaron el mundo en las tierras que sujetaban mandando, que todas las cosas de audiencia se despachasen en Latin para obligarles a todos a sauerlo, y porque se conociesen los que les eran suditos: mas vna cosa podremos decir con verdad, que nũca en las tierras, que no sujetaron tal lengua se deprendio. Asi que auer deprendido los Moros de Castilla, y las Indias a sus Reyes sujetos esta lengua, no lo tengo por grandeça, ò blason mas que otras naciones donde los Españoles no tienen ningun señorio de propia voluntad forçados de conocer su elegancia, cortesia, y suauidad la procuren sauer esto es de mucha estima. En Roma ai estudios de lengua Española, como de Latina, Griega, y Hebrea, y los nobles procuran dar a sus hijos ayos Españoles a fin de que les enseñen la lengua. Y

esto

esto no es de agora, que parece esta lengua estâ en el estado, colmo, ò cumbre de su perfeccion, como la Latina en los tiempos de Ciceron: mas cinquenta y mas años à, que en Francia se enseña ba por arte en estudios publicos. Como consta de vn preuilegio cõcedido a Bartolome Grauio, para que entre otros libros que en escuelas se leyan pudiese imprimir vn arte para enseñar la lengua Española a los Franceses, cuia suma, como esta por testimonio en Latin abreuiada la pondre aqui.

Conceſſum eſt Bartholomeo Grauio Cæſareo priuilegio, vt imprimat omnes libros permiſſos dozeri in triuialibus ſcholis, inter quos ſunt etiam hæ declamationes nominum, & verborum Hiſpanorum, vt latiús patet in literis illis. C. M. indultis anno. 1555. Y el mismo impresor encareciendo lo importante que la tal arte fuese, dice asi en el principio del prefacio. *Ie ne te fay de precace amy lecteur, pour toyrem vs trez combiem il e dores nauant ſera vtile, voire neceſarie en ce pais de ſeauorla lengue Caſtillane.* Y mas abajo añade con otras raçones estas. *Pour toyredre attentif docile, & ne nebole a aprende la dicta lengue.*

Y el autor de la dicha arte dando sus preceptos viene a decir, que no la tiene por inferior a la lengua Latina, y Griega por estas palabras. *At in que la lengua Eſpaniole ne ſomble eſtre en iſte part inferieure de la Grecque eu Latine diſons quelque coſe de nome patronymicques.* Pues si los estrangeros tanto nos la estiman, y onrran con quanta mas raçon e-

ſtare-

Digitized by Google

ſtaremos obligados noſotros á preciarnos deſto. Aſsi para moſtrarme hijo agradecido no quiſe cõtentarme con los trabajos que en eſta lengua tengo eſcritos ſino de nueuo ponerme à eſte por entender, que con ninguno podia en eſte particular ſeruir tanto a mi patria, y mas auiendome pedido eſto con alguna importunacion, por muchas cartas, y no me â de haçer mudar de intento el ſauer que antes de aora hiço vn arte de Retorica en Romance vn padre de la orden de San Geronimo, porque claro nos conſta eſtâ algo a lo viejo, y traducida del todo del Latin (y quando digo á lo viejo, no parezca a nadie modo eſtraño de hablar, pues Cicerõ me diſculpa auiendo hecho Retorica nueua, y vieja) ni me detiene otra mas moderna hecha por Luis de Guzman, porque es mas larga que deuiera, y con menos dotrina que conuiene. Ni la de Rodrigo de Eſpinoſa, que della cõſtara ſu defeto. Ni la Logica de mi antepaſado Simon Abril, que mas merecia nombre de Filoſofia moral que de Logica, ni Retorica. Aſsi que cõ animo de ſeguir la dotrina que en mi compendio Latino tengo dada emprẽdo eſte trabajo, el qual pienſo illuſtrar con los exemplos de nueſtros Eſpañoles, que es bien todos los onrremos, pues ellos an onrrado tan grandemente ſu lengua con que ſatisfare (con la ayuda de Dios.)

Titulè eſta obra Eloquencia Eſpañola. Porque como Retorico quiere decir lo que Eloquente, aſsi Retorica lo que Eloquencia Eſpañola, porque

eſta

esta lengua lo es originalmente de España. Confieso que dexandome llebar por el parecer de muchos auia errado en tener nuestra lengua por Latin corrompido, mas è visto estos dias con mucha atencion el agudo, y doctisimo discurso, que sobre esto haçe el Dotor Gregorio Lopez Madera, del Consejo de su Magestad, y Alcalde de su casa, y Corte, maduro, y vniuersal ingenio en toda suerte de letras, en los del Monte Santo de Granada capit. 18. y 19. Me ê sujetado a su verdad, y podre deçir lo que Oratio, que Dios corrigio mi sentido. Dice pues que qualquiera nacion, y prouincia, que se poblò en tiempo de Noe, tubo su lengua distinta. Y los Españoles antiguos tuuieron la suya propia, distincta dela Latina, que nunca la Latina fue la vulgar de España, que como todas las naciones procuran conseruar su lengua. Aunque es verdad, que desde su origen fue mui semejante a la Latina. Esta es su conclusion, y dexadas muchas raçones, y autoridades que alli se podiá ver (porque no es bien traslademos por nuestro lo que el à trabajado) solo referire vna autoridad, que es la que se deue a aquel pergamino, que se hallò en el Monte Santo que consta auer escrito de mil y quinientos y mas años, y tiene el lengua je mas puro, casto, y rodado como el que oi se vsa. La raçon es que la propiedad de vna lengua no solo se conoce en que tiene vocablos propios, sino en que tiene Dialecto, y Frases propias, pues que la nuestra tenga lo vno y lo o-

tro

tro por su discurso se hace manifiesto por el de nuestra dotrina, y por el q̃ queramos hacer en algunos modos de hablar. Porque decir. *Iuras a Dios macho no tienes*, es vizcayno. *Yo arregar el lino*, es Morisco. *Yo sirvo á Dios* es Español dialecto, y los vocablos todos son Españoles. Demas desto por la pronunciacion como oyendo estas naciones lo esperimentamos. Y esto en que consiste la sustancia de las lenguas llamaron los Griegos Ydioma, lo qual se diuide en Dialecto, y Frasis. Y asi lo difine Galepino, diciendo. Dialectos. Es la propiedad de alguna lengua, y lo que la tal tiene por particular, como son terminaciones en nombre y verbos, articulos, y generos, y otros atributos y accidentes inseparables en si, y distintos de las otras lenguas. Y asi entre los Griegos decimos auer cinco maneras de lengua con diferentes Dialectos, que son la lengua Attica. Ionica. Dorica. Aeolica. y Comun. Y en España ai otras cinco, que son la Valenciana, Asturiana, Gallega, Portuguesa. Las quales se an deriuado desta nuestra quinta, ò principal, y primera, originaria Española diferente de la Cantabria. Lo que es pegarse vocablos estrangeros a todas las lenguas à sido comun por la vecindad, y comunicacion, que entre las tales naciones à auido, y asi los tubieron los Griegos, y los Latinos, y aun algunas construciones y modos de hablar se an prestado vnas naciones à otras, como se ve en las locuciones, que el Latino del Griego toma, que se llaman Helenismos, que segun e-

ſta nueba Gramatica enſeña ſon muchas mas que haſta aora, y el miſmo Latin en coſas de eſcritura tiene, no ſolo terminos ſino locuciones del Hebreo, que llamamos Hebrayſmos, principalmente en las comparaciones, como los comete tras. *Bonum*, dandole *Quam*. Como ſi vbiera hecho comparacion Y. *Alua ſicut nix*. Quiriendo decir mas que la nieue. Y no por eſo decimos que la vna lẽgua es la otra, luego por la miſma raçon no deuemos decir, que la Eſpañola es Latina corrompida pues tiene vocablos propios, y Dialectos vocablos, de que otra nacion ſon *Amo*, por el ſeñor del criado, *cubrir*, *caſtabel*. Y otros infinitos, que aun muchos tomò la lengua Latina preſtados, y los reduxo a ſu declinar, ò cõjugar. Y no ſolo eſto, mas como vſò Heleniſmos del Griego, y del Hebreo vſa Hiſpaniſmos del Eſpañol. Porque decir Ouidio. *Facit ad intentum meum*. Que Latino à vſado tal modo de hablar, pues es cierto que el Latino dice. *Pertinet*, *attinet*, *vel ſpectat*, Mas el Eſpañol dice, *no hace ami intento*. Y lo vſurpo el Latino. Saluſtio dixo. *Qui ni maturaſſent procuria ſocijs ſignum dare*. A hacer ſeñal por la curia con que aquel, *pro* nunca en Latin ſe pone *por*, *por*, que a eſo correſponde *per* con acuſatiuo, y puſo *pro* por el *por* Eſpañol. Mas acabemos con lo que de nueſtra lengua dice Ciceron, que le parece peregrina mas copioſa. En lo demas remitome al Dotor Madera, que lo trata como hijo bien agradecido a ſu patria con mucha agudeça, certeza, y erudicion. Que con e-

ſto,

Digitized by Google

ſto, y con lo que el dice puede quedar aſentada eſta verdad, que ſi en algun tiempo perdio de ſu perfecion la lengua Eſpañola ya la à cobrado, y buelto a ſu antiguo ſer, como ſe prueba en la que oi ſe vſa, y en la del pergamino del Monte Santo, que es toda vna. Aſientaſe tambien otra verdad, que es auer ſido mui de antiguo gente docta la de Eſpaña, porque dexando a los Senecas, Lucano, Marcial, Quintiliano, Siluio Italico, Pomponio, y otros, que dio a la corte Romana, ſin los Emperadores (que fueron muchos, y de los mayores ſauios, que a Roma gouernaron,) y no haciendo mencion de las antiguas eſcuelas, que en Hueſcar de Aragon Sertorio dotò: mui de atras le venia el nombre de ſer docta Eſpaña, y doctos ſus Eſpañoles, pues Oracio haciendo profecia de lo que auia de durar ſu obra dice. *Me penitus diſcet Iber.* En mi (dice) eſtudiara, y ſe holgara el docto Eſpañol. Y pues el eſtrangero le da tal nombre mil y ſeiciétos y tantos años à, cierto es, que auia muchos años, que los conocian por tales. Y mas es de notar, que no dice. *Doctos*, ſino. *Peritus*. Que ſegũ los que tratan la propiedad deſtas dos diciones, *docto* es el que ſolo entiende, y tiene percebida la raçõ de la coſa. Mas *perito*, el que entiende la raçon, y tiene eſperiencia, y es mui verſado en la ciencia, ò facultad, que profeſa. De ſuerte que aun nò los llama medianamente doctos, ſino conſumados en erudicion. Y eſto no lo fueran ſi (como al principio diximos) ſu lengua no eſtuuiera en mucha

perfeccion, como es cierto lo estuuo siempre en el reino de Toledo, à cuyo lenguage se da jurisdicion para calificar el que es verdadero Español. Cuia Gramática es mui artificiosa y no pendiente ni semejante a la Latina, sino originaria; y vna de las setenta y dos. Y porque la natural sauemos (que es primero en todas las lenguas) esta reducida a arte para enseñarlo a otras naciones, conueniente cosa sera (a parecer de muchos) el trabajo presente.

No traduxe la la letra la Latina porque (como è dicho) tiene su metodo propia, causada del Dialecto. Y assi muchos exemplos lo fueran en la Latina, que en Español fueran disparates que de no considerar esto dos hacen notables en sus traduciones los que españoliçan, como. *Dare verba.* Dar palabras, *Facere verba.* Hacer palabras. *Ducere spiritum.* Y otros muchos al modo, y consta de Palea, y del derecho Canonico.

Acerca de la nouedad de doctrina, que aqui se hallara no puedo dexar de dar alguna satisfacion, porque no se presuma de mi lo que aduierte San Celestino escribiendo a los Obispos Constantinopolitanos. *Es cosa cierta* (dice) *que tales nouedades de sentencias proceden del deseo de vanagloria, quando algunos quieren, que los tengan por agudos, ó que despuntan de tales.* Y Casiodoro en sus leciones diuinas. *Ai algunos* (dice) *que tienen por cosa dina de alabança, si dicen alga contra los antiguos, y si descubren alguna cosa nueua, por la qual los tengan por doctos profundos, y vi-*

niuer-

uersales. Saue Dios (a quien de mi verdad tengo por testigo, por ser quien entiẽde los coraçones) saue digo, que no à sido, ni es mi intencion culpada en nada de lo que aqui estos Santos (con justa causa) reprehenden, que lo que me â mouido solo à sido la raçon del Iurisconsulto. *In rebus* (dice) *nouis constituendis euidens vtilitas esse debet.* Que es decir *en el dar preceto de cosas nueuas á de ser euidente el prouecho*: el que esta obra tenga de su discurso constara; y juntamente quedara conocido, que nuestra lengua es en todo igual a las que son tenidas por mejores, quedando determinado que es tan antigua como las otras setenta y vna.

Que esvna de las cosas de mayor onra para nuestra nació, a quien me quiero mostrar agradecido en este trabajo.

Digitized by Google

Digitized by Google

todo es, que se pongan las sentencias sin ningunas circuiciones, ni interposicion, ni subcontinuacion. La dicion de los vocablos propios, huyendo lo posible de tropos, y que tenga los mas verbos, que se puedan poner. Las figuras no se an de vsar aun sin afectacion. La longitud de los periodos tambien se procure euitar. La composicion, y clausula sin cuidado. Esto conuiene a la puridad.

En la distincion no ai sentencias propias, porque qualesquiera se pueden poner con distinció. La metodo es, que las cosas se propongan con el mesmo orden, que se hicieron, y con el mas natural que se pudiere: y si alguna vez se a de trastrocar este orden se auise antes: como. *Respondere a lo vltimo de vuestra carta primero, por sacaros luego deste duda.* Las figuras son todas las que valen para proponer, proseguir, y concluir, huyendo de digresiones quanto se pudiere. Las demas tiené la puridad como la distincion.

La grandeça de la oracion se hace con cinco Ideas: autoridad, esplendor, circuicion, asperidad, y vehemencia. Las sentencias de la autoridad son concetos de cosas de Dios, y de sus santos, y no fabulosas, y poeticas, sino es que vienen con la declaracion de sus causas: de las costumbres de historias mui señaladas, y admirables, como la de Oracio Cocles, Muscio Escebola, y las de los santos que siguieron a Cristo. Metodo es, que proponga mos las sentencias con afirmacion, y no en duda.

La

Digitized by Google

La dicion de vocablos ſonoros libres de los frenos y aſpereças que emos enſeñado;llenos de ſuauidad, tenga la oracion mas nombres, y participios,que verbos:muchos tropos,Metafora, Sinedoque,y Alegorias. Las figuras principales conceſion, y aſeueracion. La compoſicion no cuidadoſa,y la lõgitud templada de periodos, ni largos ni breues.

Eſplendor,ò lucimiento dela oracion tiene las ſentencias de coſas lluſtres,y mui ſauidas propias nueſtras, ò de los nueſtros, ò por los oyentes, ò ſus aſcendientes, cuya narracion redunda en onrra de los que nos oyen. Metodo, que las ſentencias ſe propongan llanas, y ſencillamente ſin ninguna duda,ni interpoſicion, llenas de confiança. Figuras Aſindeton, Synatiſmos, Commoracion, Aſeueracion,y a veces con juramento. Longitud de periodos largos. Las demas coſas como en la Idea de la autoridad.

Las ſentencias de la aſperidad ſon las reprehenſiones,particularmente de coſas importãtes,y graues. Metodo decir las coſas de nueſtra autoridad ſin ninguna correcion. Dicion de vocablos aſperos,metaforas duras de ſon inſuaue.Figuras Apoſtrofe,erotima,conceſion,obiurgacion.Longitud de miembros breues,periodos cortos. Compoſicion deſcuidada,antes inſuaue.Clauſula de vocablos de vna ſilaba,ò aſdrujulos.

En la vehemencia las ſentẽcias ſe an acomodadas a la oracion vehemente como de quexas, re-

prehenſiones, y aprobaciones. Metodo la que en la aſperidad, y algo mas libre. La dicion como en la aſperidad, y es licito en eſta vſar vocablos raros, y a veces fingidos. De las demas como en la aſpereça.

La circuicion ò hablar rodado puede tener lugar en qualquiera ſentencia, que no las tiene propias. Metodo es, que las probaciones precedan a lo que prueban: como, *pues ſois bien nacido; obligado eſtais a hacer lo que es raçon.* Y que todas las ſentencias ſe amplifiquen lo poſible, por todas las circunſtancias, y ſentencias de amplificacion particularmente por los contrarios. Figuras todas las que ſuſpenden al animo del oyente, y las de ornato, y amplificacion, y las demas. Longitud de miẽbros larga: y en todo la gala, y adorno mayor, que el orador pudiere.

La hermoſura de la oracion es cómo el afeite, que ſe pone a qualquier ſentencia, y metodo, y aſſi eſtas dos coſas no las tiene propias. Dicion pura, y propia, vocablos de mui ſuaue ſonido, y de pocas ſilabas. Figuras de palabras, y ſentencias todas las que aya de pulimento, adorno, y amplificacion. Compoſicion cuidadoſa. Circuicion de miẽbros medianos. Clauſulas breues, que ſon las mas hermoſas.

Para dar eſpiritu y brio a la oracion ſe añade la velocidad; que no tiene propias ſentencias. Metodo es, que a objeciones breues ſe le den luego breues ſoluciones. La diſtincion de vocablos propios

y bre-

Digitized by Google

y breues. Las figuras Apostrofe de tal manera, que en breue se conuierta la pratica a varias personas, y Asindeton; Anafora, Antistrofe, Polisindeton. Los miembros los mas breues, que se puedã vsar. La composicion sin concurso de vocablos. Las clausulas mui breues.

La aptitud se hace de otras dos Ideas, simplicidad, y dulçura. Las sentencias dela simplicidad son las que suelen decir las personas simples: como los pastores: quando se traen muchos exemplos de los animales brutos, y de las plantas: como en las Fabulas de Esopo. Metodo, que cada cosa se descubra mui por menudo, desnudamente, sin ninguna circuicion. Lo demas como en la puridad.

La dulçura consiste en fabulas poeticas, ò en las historias, que les parecen: como las de Herodoto: ò quando se describen cosas, que alegran a los sentidos, como la tierra, y sucesos, y cosas de amores, y secretos naturales, antipatias, y simpatias. Metodo como en la simplicidad, y la dicion, aunque mas libre, que se llege mas al estilo poetico, con muchos epitetos. Longitud como en la puridad, y hermosura, y la composicion. Clausula como en la autoridad.

La grauedad en la oracion, ò es, y parece: ò es, y no parece: ò parece, y no es. La que es, y parece, se hace con qualquiera Idea de grandeça, y principalmente con la autoridad. An se de vsar las sentencias admirables, y sutiles, fuera de la comun inteligencia, y sentimiento de los ombres. La gra

uedad, que es, y no parece en la oracion, es, quando decimos sentencias mui graues con la Idea de la simplicidad. La grauedad, que parece, y no es, se hace, quando se leuantan concetos baxos, de poca importancia con la grandeça de la oracion: y quando las raçones se amplifican, mas que se prueban, y se mezclan muchas digresiones de fabulas, historias, descripciones, que no pertenecen al punto de que se trata. A se de notar, que apenas se hallara vna destas Ideas pura, sin mezcla de otra; mas segun la materia, de que se trata, se a de procurar vsar de la Idea conueniente, quanto sea posible.

Porque en esta dotrina de la colacion, y destas Ideas, emos hecho mencion de algunas, que muchos las tienen por figuras; y yo estoi determinado a no dexar de decir las cosas, que me vinieren a la noticia, aunque yo no las tenga por tales, è de decir dellas, cumpliendo lo que prometi en las aduertencias, apendices, y notas.

Destas es vna la Adseueracion, y es, quando aprobamos, ò reprobamos el dicho, ó hecho de alguno: como, *discreto dicho por cierto, y dino de ombre tan sauio. Haçaña, q̃ merece nombre eterno, valor heroico, que descubre el del animoso coraçon, y generoso pecho.*

La otra es objurgacion, quando con grandissima colera, y palabras despompuestas reprehendemos a alguno: como, *desuergonçado, tacaño, insolente, malnacido, como tuuiste atreuimiento para cometer tal maldad.*

La

La Interposicion, yo no hallo, que sea otra cosa, que la Parentesis, modo de Hyperbaton. Breue conclusion es, quando hacemos vn breuissimo epilogo, ò suma, en dos palabras de lo que emos dicho en muchas: como, *Pareceme, que emos dicho de la vida deste lo que se podia decir.* Esto sospecho, que saue a Epifonema.

Distincion segun la colecion llaman, quando contamos algunas cosas, puniendo delante el numero dellas: como, *yo entiendo, que vn capitan a de tener estas quatro cosas, conocimiento del arte militar, esfuerço, autoridad, felicidad.*

Reiecion es, quando decimos, que dexamos de decir vna cosa para mejor lugar, ocasion, ò tiempo: *otra ocasion abra, en que podamos tratar desto mas largamente.* Esta la redujera yo a la Metastasis, ò pretericion.

Parison es, quando los miembros del periodo no son del todo iguales en el numero d' palabras: mas son tã pocas mas, ò menos, que lo parecen: como, *cuidado de todo, sus amigos, amor a sus deudos, blandura con los estraños.* Esta no me parece diferente dela Isocolon, ò Compaz, de quien diximos.

Mucho me abre alargado, y puedo decir de mi lo que Oracio del barrero.

amphora cœpit
Institui: currente rota cur vrceus exit?

Y es porque a salido tan larga mi respuesta dara ocasion ya de nueua duda, deuiendo serlo para las muchas, que se nos an puesto, y no se si me de-

xo algunas. En caſos, que la neceſsidad lo pide, no ai prolixidad, antes ſe quedara la eſcuridad en ſu punto, ſi procuramos abreuiar, y no es menos vicio, quando ſe falta en eſto: porque aſsi (como dicen) ſe peca por carta de menos, como por carta de mas; tanto es no llegar, como paſar; como lo dixo bien Plinio. *Sed non magis ſeruat modum, qui infra rem, quam, qui ſupra: qui adſtrictius, quam qui effuſius dicit.* Y reſpondiendo a la tacita de que la breuedad es agradable a muchos, dice, que para los floxos, deſcuidados, y pereçoſos. Si an ſido muchas las aduertencias, muchas las dudas, muchas las objeciones? como podia ſatisfacer en pocas palabras? Cõ las deſte autor cõcluyo. *Hæc eſt adhuc ſententia mea: quam mutabo, ſi tu diſſenſeris. Sed plane cur diſſentias, explices, rogo. Quanuis enim cedere autoritati tuæ debeam, reclius tamen arbitror in tanta re, ratione, quam autoritate ſuperari.*

La de v.m.me dara licencia para que eſta ſatisfacion ſe imprima, porque aſsi eſte mas eſpueſta para darla a los q̃ me an hecho merced de aduertir eſtas coſas, que me an obligado a eſcrebir con algun cuidado, y eſpacio: el de ſu vida de v.m. aumente Dios con proſpera ſalud, y los merecidos acrecentamientos. Y guarde. Deſte eſtudio. Abril vltimo de 1618.

El Maeſtro Bartolome Ximenez Paton.

ELO-

ELOQVENTIA ROMANA.

ACADEMIAE BIACENSI SCIENCIAE, ET VIRTVtum Seminario dicat.

RECOGNITA ET AVCTA.



A MAGISTRO BARTOLOMEO XImenio Patone Almedinensi Authore.



Digitized by Google

INCLYTAE BIAcienſi Academiæ Magiſter Bartholomæus Ximenus Paton gaudere, & bene rem gerere.

NE animans rationis expers Ciconia me ingratitudinis argueret, timens ſuperioribus temporibus (alma, & chara mihi mater Academia) xeniolum (neſcio quale) tibi dicaui, & ſub tuo nomine in publicũ & ſi pudens, hæſitans, & tremebundus mittere fui auſus. Quod (quia indignum, quia imperfectum abſque dubio) non eo vultu, & animo, quo matres filiorum res ſolent, accepiſti; potiùs vt expoſitũ explosum fuiſſe arbitror. Sed quia ingrati animi crimen horreo, hac cauſa ate nouum beneficium in me collatum fatebor. Tu enim primis literis me alumnum tuum inſtituiſti, moribus à te probatis, à me qualibuſcunque, exornaſti, & maioribus quàm dignum honoribus affeciſti (& ſi Magiſterij laure

Digitized by Google

Salmanticæ fui decoratus) & hac (neſcio an dicã) repulſa eam, quam potuiſti mei addere perfectionem addidiſti. Cùm enim a parentibus in filios nulla poſsit proficiſci ignominia, ſed potiùs honos dimanet maximus in illos, qui patienter quemlibet contemptum ferunt: non animo cecidi, ſed mihi ipſum addidi illud Horatianũ repetẽs:

non hodie ſi
Excluſus fuero, deſiſtam; tempora quæram.

Et verũ vt fatear nunc non tui oblito, ſed non illa quærenti ex animi ſententia euenit, te memorem mei fuiſſe ſignificantem mihi, tibi in votis eſſe, vt meum officium præſtarem, quod ſponte aliàs, & libentiſsimus obtuli (quamuis idem tunc non gratum) & nunc eodem animo, eadem voluntate, & amore tui meo lætiſsimus (vt cui totũ debeo me, quia quicquid ſpiro & placeo, ſi placeo, tuum eſt) offerrem, & opere præſtarem ſi illud in me, aut ego ipſe meus eſſem. Sed multa me impediunt, ne tibi, vt deſidero, inſeruiam. Stipẽdium publicum, quo deuinctus ſum, in hoc oppido Villa noua Infantium, nec non amor omnium mei me tenet, & quod paucis cõtingere audieris, celebriore quàm quoſum dignus, in patria nomine gaudeo. Tum etiam Senecæ Cordubenſis Conſilium me moratur, quem conſului, & me his verbis monuit. Mutare te loca, & de alio in aliud tranſire, nolo; quia ſignificatio eſt inſtabilis animi. Hæc, & alia, quæ ſilentio prætereo, non locum meis antiquis deſiderijs concedunt. Mutationibus non inquietor, gratum

noſtris

nostris hominibus me ostendere desidero; ne patiaris, dum tibi placere conor, nostratibus valde displiceam, meque indigno nomine; & malè audiri apud eos, quibus cum ætatē vixi. Ac si mea sunt (vt significas) grata, hunc, vt tibi seruiret primo velùti vrsi filium imperfectum, genitum nunc nouis lucubrationibus ea (quam a me potes expectare) perfectione, nouis præceptis imbutum, noua instructione perpolitum accipe. Ipsè enim (vt qui eū genuit) tibi vsui esse desiderat. Ne ergo hunc conatum, amorem, & animum abijcias, contemnas, & aspernere; sed nobis te amore prosequentibus, & omnia prospera, ac fælicia desiderantibus tibi tuum amorem impertire, nosque defendendos tuo præsidio, tutandos tuo fauore suscipe; & quando experimento nepotes chariores auijs quàm filios esse cognoscimus, ne iste inte erga hunc nepotem (quia a me filio tuo genitum) affectus, & amor desideretur; ad te enim desiderio tui flagrans proficiscitur illum diligens foue; nam hoc vno omnia tuta arbitrabimur.

Bene, atque fæliciter vale.

Digitized by Google

LIBER VNICVS DE ELOQVENtia Romana.

Caput. 1. de diffinitione, & partibus illius.

ELOQVENTIA est ars exornãdæ orationis. Eius duæ sunt partes Eloquutio, & Actio. Quamuis non defuerunt, qui sex esse dixerunt, & quam plurimi quinque assignauerunt. Nostris temporibus Magister Zespedes Salmanticensis quatuor asseruit. Eius socer Magister Franciscus Sanctius Brocensis vir omni ex parte doctissimus suis primis temporibus tres putauit. Sed cum ingraueſceret ætate, omni contentione has duas defendit, & sententia permansit. Sic etiam Complutensis Magister Segura, eiusque æmulator Guzman sermone vernaculo

hic,

Digitized by Google

hic, ille latio, docuerunt. Inuentio tamen, & dispositio Dialecticę partes sunt, non Eloquętiæ. Quod verum esse ex Ciceronæ constat dicente Inuentionem, & inuẽtionem, ad dispositionem esse prudentis hominis, Eloquentiam Oratoris. Atque si de hoc Aristotelem consulere velimus; demonstratori (hoc est Dialectico, vel Logico) inuentionem, atque dispositionem tribuit. Et cùm Marcus Antonius (apud Ciceronẽm) inquit, â se disertos visos esse multos, eloquentes nuerò neminem: disserti ibi sunt intelligendi inuentores, ac dispositores rerum. Nam homo suapte natura rationis est particeps, ac proinde Logicus. Et cùm ad Atticũ scribit: *Celer tuus magis disertus est, quàm sapiens*: nemo sibi persuadeat ibi nomine sapientis intellegere inuentorem, ac dispositorem; sed eloquentem. Nam (teste ipso Cicerone) *nil aliud est Eloquentia, quàm copiosè loquens sapientia.* Nomine verò diserti non intelligendus est eloquens, sed disputatur, id est Dialecticus. Non tamen inficiabor, quãdoque vnum vsurpari pro alio. Horatius: *Fœcundi calices quem non fecere disertum?* Disertum, hoc est eloquentem, vel potiùs loquentem. At apud Nasonem verè ponitur pro eloquente

Et quid facundia posset:
Tunc patuit, fortisque viri tulit arma disertus.

Duo sunt in nobis munera diuina, vtilitate magna, nobilitate prima, ipso genere præclara ratio, & quasi nũcius quidam rationis, & interpres sermo. Illa res abditas inuestigat, inuestigatas comprehẽdit,

dit,comprehensas diggerit,& componit, disipata colligit, collecta diuidit, præterita recordatur, cernit instantia,futura coniectat,& extrema conferens primis omnium rerum cursum,& euentorum consequentiam notat. Sed hæc omnia veluti quibusdam obruta tenebris latent inclusa penitus pectoribus,& animis nostris,quæ vbi lumen orationis accessit, tum demum ab omnibus patefacta,& illustrata cernuntur. Hæc duo sunt,quæ nos homines reddunt,hæc bestias longè nobis faciunt inferiores, quæ tanta inter se naturæ cognatione coniunguntur, vt animantia rationis expertia significare volentes muta dicamus. Rationem autem ne fallatur, atque erret differēdi vis (quam Logicam vocamus) informat inueniendo, ac disponendo. At orationem,quò sit aptior ad persuadendum,benedicendi facultas(quam Eloquentiam dicimus) verbis, sententijsque locupletat. Quod si vix eòs homines esse dicimus, qui non studio, ac labore rationem effecerunt:quis non ab hominum societate remouendos illos arbitrabitur,qui sermonem non excoluerunt, sine cuius luce illa vis ingenij mirabilis enitescere non potest? Hæc igitur duo munera Dialecticæ, ac Eloquentiæ esse constat, primum fungendum inueniendo, ac disponendo, secundum ornatè loquendo.

Cōstat etiam hoc discrimen ex vtriusque fine. Nam Dialecticæ finis est vti ratione,seu differere, finis verò Eloquentiæ est exornare tropis, condecorare figuris,numeris cōponere orationem. At-

Digitized by Google

que in officijs Ciceronis cuiuis attentamente consideranti fiet hoc perspicuum. Vel (vt alijs placet) Dialecticæ finis est docere, Eloquentię delectare. Vt ratione illius, & ornatu huius orator persuadeat, ac moueat. Nam dicere appositè ad persuadendum hoc dat Eloquentia oratori, persuadere verò non est finis Eloquentiæ (vt quidam arbitrantur) sed oratoris, si Cicero rectè consideretur, & attenta mente eius doctrina rimetur. Ideo notandum est, longo interse distare interuallo Oratorem, & Rhetorem, siue Eloquentem (quamquam sæpe alterum pro altero capiant authores) nam Rhetor est, qui orationem tropis, figuris, & numeris condecorat, atque aptè, & cum decore exornata pronuntiat; orator ille tantùm apellandus est, qui in omni disciplinarũ genere sit versatissimus. Sic distat nudus Theologus â sacri verbi concionatore. In Theologo enim solam theologiam requiris, at verò concionator perfectus non est, in quo vltra theologiæ peritiam mathematicæ artes desiderantur, rhetorica non splendet, dialectica non ratiocinatur, Legum, Canonumque prudentia obmutescit, historia non res gestas narrat, medicina ægrotat, Cosmographia, & Geographia nec mensura vtuntur, nec vella expandunt; atque hæc, & alia multa sordescent, si cum summa fide, atque prudentia ptobitas, & santitas non apparuerint.

Ita Orator tot scientijs, artibus, dotibus, virtutibus, omnisque generis rebus præditus, ornatus, &

imbu-

imbutus esse debet, vt perfectum inueniri posse desperet Cicero. Ex multisque his vna pars est, Dialectica, altera verò Eloquentia, Græcè, Rhetorica.

Et quamuis ex sententia Zenonis quidam Rhetoricam palmæ, Dialecticam pugno similem esse dicant, quòd latiùs loquerentur Rhetores, Dialectici autem comprehensiùs: hæc distinctio ridicula perpendentibus accuratè discrimina rerum visa fuit; quia nulla occurrere poterit disputatio, quæ tota Logica non sit; & etiam manuspugno supresso, seu digitis extensis eadem manus est, sicut & eadem mapa complicata, vel explicata.

Memoria etiam nullius facultatis est pars, sed potiùs ipsa est facultas animi, sicut & mens, & voluntas (sicut in sacra Eloquentia docemus) atque si cui facultati esset tribuenda: iurisperiti iure optimo eam sibi vindicare deberēt; nullius verò est, sed facultas ad omnes perdiscendas omnino necessaria. Quia Rhetor sine memoria suum potest officium fungi, siquidem Isocratem constat elegantissimas orationes composuisse, quas (vt multorū opinio est) nunquam publicè recitauit ipse.

Obijciēdo dices: Ergo nec Actio est pars, quia hæc elucet quando acclamatur. Respondere non grauabor. Nihilominus tamen, quia est Actio veluti quædam corporis eloquentia, & (vt ait Cicero) *qualis cogitatio fuit, talis & pronunciatio erit*, ideo eam partem Eloquentiæ Magistri doctissimi constituunt. Tum vt commodiùs Rhetorica in duas di-

uide-

Digitized by Google

uideretur partes (sicut ipse oratorum princeps testatur) scilicet, eloquutionẽ, & actionem, sine qua prior videtur superuacanea esse, & similis gladio condito, atque intra vaginam hærenti. Hac enim orator oratori est multò præstantior.

Adhuc repugnabis: Memoria, Inuentio, & dispositio cùm sint partes necessariæ ad ipsam percipiendam Eloquentiam, quomodo possunt non esse partes illius? Facillimo tamen negotio tibi satisfaciam inquiens: Quia non quidquid est necessarium, sequitur futurum esse partem illius, quod illo indiget. Alioqui Crãmaticam esse partem omnium artium, & Dialecticam omnium scientiarũ dicere cogeremur, quo nihil absurdius. Approximatio ignis ad ligna (vt philosophicis vtar) necessaria prorsus est ad accendendum ignem, sed nõ pars illius ignis. Calamus, quo hæc scribo omnino necessarius est; at nemo mente sanus dicere audebit, partem literæ esse, quam illo signauimus. Sunt & alia innumera exempla huius veritatis.

Caput. 2. de Eloquutione.

ELoquutio est orationis exornatio. Cuius duæ sunt partes Tropus, & Figura, de quibus infra latiùs dicemus.

Romanæ Eloquentiæ parens Cicero quatuor præcipuè in eloquutione spectanda esse ait, nempe vt Latinè, vt perspicuè, vt ornatè, vt ad id quod-

Digitized by Google

cunque agitur aptè congruenterque dicatur.

Primum igitur est, vt oratio Latina sit, atq; emmendata. Quæ res ad Grammaticæ officium præcipuè pertinet cuius est oratione congrua, & incongrua iudicare. Id discriminis enim est inter orationem Grammaticam, & Rhetoricam; illa congruum tantùm attendit, hæc ornatum. Et sic ad Grammaticam pertinet Eloquentiæ orationem congruam tradere, puram ab omni Solecismo, & Barbarismo, quæ vitia hæc ars vitare, & corrigere debet. De barbaralexi, & alijs loqutionibus vitiosis in apendice dicemus. Sed tamen omnes illas, quæ vitium redolent, Rhetor fugere debet, vt oratio Latina sit. Nec illud vitium incidamus, quod Cicero in officiorum libris reprehendit appellans inculcātes verba Græca illos, qui hæc Latinis miscent, vel alia alterius linguæ. Fauius Quintilianus hoc præcipit, & monet dicens: *Verba amaia, & vox huius alumnum oleant vrbis, vt oratio Romana videatur, non ciuitate donata.* Sic Horatius irridet Lucilium, eo quod Graium Latinum inseruerit sermonem, his verbis:

At magnum fecit, quod verbis Græca Latinis
Miscuit: o seri studiorum, quid ne putatis
Difficile, & mirum Rhodio, quod Pitholeonti
Contigit? at sermo lingua concinus vtraque
Suauior: vt Chionota, si cōmista Falerni est.
Cùm versus facias, te ipsum percontator, an, & cùm
Dura tibi peragenda rei sit causa Petilli?
Scilicet oblitus patriæ, patrisque Latini,

Cùm Pedius causas excudet, publicola, atque
Coruinus: patriis intermiscere petita
Verba foris malis Canusini more bilinguis.
Atque ego cùm Græcos facerem natus mare citra
Versiculos; vetuitme tali voce Quirinus
Post mediam noctem visus, cùm somnia vera:
In syluam ne ligna feras insanius ac si
Magnas Græcorum malis implere cauernas.

Horatianis testimonijs (quoties mihi arrideāt doctrinam hanc confirmabo. Altera virtus est perspicuitas, & ne id desideretur, omnis Thautologia, Amphibologia, seu Macrologia fugiēda est. Quid enim prodest loquutionis integritas, quam non sequitur intellectus audientis?

Vitare etiam debemus Laconismon, ne nimia breuitate oratio tenebris obtegatur, iuxta illud Horatianum:

Decipimur specie recti; breuis esse laboro,
Obscurus fio.

Proligitas etiam obscuritatem solet afferre, secundum illud eiusdem:

Est breuitate opus, vt currat sententia, neuse
Impediat verbis lassas onerantibus aures.

Et in arte:

Quidquid præceperis, esto breuis, vt citò dicta
Percipiant animi dociles, teneantque fideles.

Martialis timuit, ne hæ duæ commemoratę virtutes suis epigramatibus deessent, quādo culpam in librarium conferens dixit:

Si qua videbuntur chartis tibi, Lector, in istis,

Siue obſcura nimis, ſiue Latina parum:
Non meus eſt error, nocuit librarius illis.

Alio etiã loco increpat Sextum amicum, quod ambagibus, ſeu Laconiſmis obtenebret quidquid ſcribat, gloriaturque ipſe perſpecuitate, qua ſuis in ſcriptis vtitur, dicens:

Scribere te, quæ vix intelligat ipſe Modeſtus,
Et vix Claranus, quid rogo, Sexte, iuuat?
Non lectore tuis opus eſt, ſed Apolline libris,
Iudice te, maior Cinna Marone fuit.
Sic tua laudentur, ſanè mea carmina, Sexte,
Grammaticis placeant, & ſine Grammaticis.

Ornatus eſt tertia virtus, qui tam proprius eſt Eloquentiæ, vt abſque illo illa nulla ſit. Exornare enim orationem, eius officium eſt, & finis, vt dictum a nobis eſt. Hic ornatus pulcherrimus erit, ſi ordinem ſerues ellegantiſsimum in conſtruendo illo, vt præcipit Horatius:

Cui lecta potenter erit res,
Nec facundia deſeret hunc, nec lucidus ordo.
Ordinis hæc virtus erit, & Venus, aut ego fallor,
Vt iam nunc dicat, iam nunc debentia dici
Pleraque differat, & præſens in tempus omittat.

Et infra.

In verbis etiam tenuis, cautuſque ſerendis,
Dixeris egregiè, notum ſi callida verbum
Reddiderit iuntura nouum.

Quarta denique virtus, nequid extra rem abſurdum, intempeſtiuum, ineptum ve dicatur, nos monet. Adeoque ſtudendum, vt conſeruetur, nec de

Digitized by Google

sit, vt primùm id intendere debeamus. Nam quãuis multa aliàs præclara, illustria, & optima dicamus: nisi intento congruant; friuola, & inania, seu potius molesta videbuntur, & sic acclamanti meritò obijcietur: *Bona sed quorsum;* Id peccatum ne committatur hortatur Horatius his verbis:

ne intercinat,
Quod non proposito conducat, & hæreat aptè.

Et infra:

Quid deceat, quid non; quò virtus, quò ferat error.

Sed vt omnia hæc rectè teneri possint, & obseruari; opere precium erit de duabus partibus Eloquutionis, scilicet tropis, & figuris exponere, quid sentiamus. Et vt id melius, quædam prænotemus.

Caput. 3. de verbis simplicibus.

ELOQVENTIA conficit orationem ex verbis vel simplicibus, vel coniunctis. Nam est quidam ornatus illius ex singulis verbis proueniens, aliusque ex continuatis, coniunctisq; profiscicitur. Ergo vtemur verbis, aut ijs, quæ propria sunt, & certa quasi vocabula rerum penè vna nata cum illis ipsis rebus; aut ijs, quæ nouant & faciunt authores. Hæc autem sunt verba simplicia, & natura ex his alia sunt consonantiora, grandio-

Digitized by Google

ra, leuiora, & quodammodo nitidiora, alia contrà. Hæc conuenit materiæ idoneè adaptari, & vt facilius dicens id paret: priùs rerum, & sententiarum Syluam perquirat. Rerum enim copia verborum copiam gignit, vt prænonuit Horatius:

Rem tibi Socraticæ poterunt ostendere chartæ,
Verbaque prouisam rem non inuita sequentur.

Ipseq; res nos docebunt, quibus debeant proferri verbis. Quod enim alibi magnificum, tumidum, alibi; & quæ humilia circa res magnas, apta circa minores videntur, & sic in oratione nitida notabile est humilius verbum, & velut macula, ita a sermone tenui sublime, nitidumque discordat, sitque corruptum, quia in plano tumet. Id etiam nobis significauit Venusinus hoc versu:

Versibus exponi tragicis res comica non vult.

Sed fere aurium quodã iudicio ponderanda sunt, in quo consuetudo bene loquendi valet plurimũ. Verba autem simplicia, aut nouata, aut inusitata, aut translata sunt.

Nouantur illa, quæ ab eo ipso, qui dicit, gignũtur, ac fiunt quatruplici modo, aut similitudine, aut imitatione, aut inflexione, aut adiũctione. Similitudine, vt *Syllaturijt* à Cicerone formatũ est, & ab Asinio *Fimbraturijt*, ad similitudinẽ verbi *Proscripturijt*, & a Liuio *Sobolescere*, ab Horatio *Inuenescere*, a Virgilio *Lẽtescere*, & *Ignescere* dictũ est, vt *Feruescere*. Imitatione facta sunt *Tinnio*, *Rugio*, *Clangor*, *Murmur*, aliaque per multa, quæ per Onomathopeiam fieri dicuntur, quæ non est Tropus. Dixit Despaute-

rius

rius de hoc:

Sæpe sonus causam fingendi nomina præstat.

Nec hæc licentia solis permissa Græcis, sed omnibus linguis.

Adiunctione, vt Versaliloquus, *Sonipes, Taurici da.* Inflexione, vt a Bibo *Biboſus* Inflexit Laberius. Quid de nouandis verbis senserit Horatius dicat ipse:

Si forte necesse est,
Indicijs monstrare recentibus abdita rerum
Fingere cinctutis non exaudita Cethegis
Continget; dabiturque licentia sumpta prudenter,
Et noua, fictaque nuper habebunt fidem,
Si Græco fonte cadant parcè detorta; quid autem
Cæcilio, Plautoque dabit Romanus ademptum
Virgilio, Varioque? ego cur acquirere pauca
Si possum, invideor? Cùm lingua Catonis, & Enni
Sermonem patrium ditauerit, & noua rerum
Nomina protulerit? licuit, semperque licebit,
Signatum præsente nota producere nomen.

Ponit similitudinem, & sequitur.

Nedum sermonum stet honos, & gratia viuax
Multa renascentur, quæ iam cecidere, cadentque
Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet vsus,
Quem penes arbitrium est, & vis, & norma loquendi.

Inusitata sunt prisca, ac vetusta, & ab vsu quotidiani sermonis iam diu intermissa, quæ sunt Poetarum liberiora licentiæ, quàm Oratorum eoque ornamento Publiùs Virgilius vnicè vsus est: *alli, quia nam,* &c. Habent etiam authoritatem, si rarò

etiam, & in loco adhibeantur. Id enim significatur in illo versu.

Multa renascentur, quæ iam ceciderunt.

Et hæc solent efficerè grandiorem, grauiorem, & honestiorem, atque meliorem orationem.

Translata sunt tropi. Tropus est verbi a propria significatione in aliam cum virtute. De eo sic ait Despauterius:

Vertit ad improprium tropus omnia significata.

De his verbis inquit Cicero: *Ornari orationem Græci putant, si verborum immutationibus vtantur, quos appellant tropos.* Hi sunt numero quatuor tantum, quamquam quidam dixerunt esse terdecim, quidam duodecim, alij vndecim. Et sunt qui quatuor, sed non eosdem, quos nos, Scilicet, Methaphoram, Synecdochem, Metonymiam, & Antiphrasim. de horum singulis videamus, quæ nos oporteat scire.

Caput. 4. de Methaphora.

Despauterius:

Propter rem similem pro verbis verba reponens.

Metaphora Græce, Latine translatio est, cùm verbum in quādam rem transfertur ex alia, quòd propter similitudinem rectè videtur transferri posse. Hic tropus pulcherrimus, & frequentissimus est, de eo enim inquit Cicero:

Nihil est in rerum natura, cuius non in alijs rebus possi

Digitized by Google

m⁹ vti vocabulo, & nomine; vnde enim simile duci potest (potest autem ab omnibus) ibidē verbū vnū, quod similitudinem continet, translatum lumen affert orationi. Hæc igitur contingit quatuor modis. Primus modus ab animato ad animatum, vt Liuius *Scipionem a Catone allatrari solitum* refert. Secundus pro alijs generis eiusdem sumuntur in anima, vt *Concentu virtutum nihil est suauius.* Tertius pro rebus animalibus inanima, vt *Duo fulmina belli Scipiades.* Quartus ab animali ad inanimale. Vt illud Ciceronis: *Quid enim tuus ille, Tubero, distritus in acie Pharsalica gladius agebat? cuius latus ille mucro petebat? qui sensus erat armorum tuorum?* Hanc distinctionem modorum feci, ne viderer despicere aliorum authorum ordinem, sed necesse non erat, quia ex mente Ciceronis (vt dixi) genus hoc tam latè patet, quam naturæ genera. Exemplis etiam pluribus supersedemus, quia ita tritus omniū linguis hic tropus est, vt nihil fere loquamur absque translatione, si attente consideres. Poteras tamen appellare modum alium Cathacresim, de qua Despauterius:

Esto Cathacresis bona vocis abusio nobis.

Non enim est tropus distinctus a Methaphora, sed ipsa quando est duriuscula nuncupabitur Cathacresis. Cicero cum Aristotele translationi coniunxit. Et est quando rebus non habentibus nomen necessitate coacti mediocri, vel apparente similitudine imponimus illud, quod primùm obuium fit. Vt illud Maronis:

Instar montis equum diuina Palladis arte Ædificant.
Et cùm grādem orationem pro magna ponimus, minutum animum pro paruo dicim⁹, aut cùm pro virtutibus vicina vitia vsurpamus. Vt pro forti audacem, pro prodigo liberalem. Hunc modum Methaphoræ Latini dixere Abusionem. Si Methaphora multiplicetur, dicetur Allegoria, siue Inuersio, nec diuersum genus est a Methaphora. Vt illa Horatij:

O nauis, referent in mare te noui fluctus.
O, quid agis? fortiter occupa portum.

Et totus ille locus, in quo nauis pro republica, portus pro pace, fluctus pro bellis ciuilibus accipiuntur (vt in meis Comentarijs potes videre). Allegoria perplexior, & obscurior dicitur Ænigma (quamuis possit esse ænigma sine tropo) qualia sunt Pythagoræ Symbola: *Ignem gladio nefodito cor ne edito, Hirundinem sub eodem tecto ne alas, fabam ne edito,* & cætera. Methaphoram necessitas genuit inopia coacta, & angustijs; post autem delectatio, & iucunditas celebrauit. Vtimur illa tribus de causis, aut quia necesse, aut quia significātiùs, aut quia decentiùs. *Nam gemmare vites, luxuriem esse in herbis, lætas segetes etiam rustici necessitate dicunt. Oratores durum hominem, aut asperum.* Non enim proprium erat, quod darent his affectionibus, nomen. Iam *incensum ira, inflammatum cupiditate, & lapsum errore significandi gratia.* Nihil enim horum suis verbis, quàm his accersitis significantius erat. Illa ad ornatum, *lumen orationis, generis claritatem, concionum procellas,*

Digitized by Google

& eloquentiæ flumina. Sic Cicero pro Milone *Clodiũ fontem eius gloriæ* vocat, & alio loco *Segetem, ac materiam.* Decent, hæc: *Aluum soluere, Virginem vitiare,* & id genus plura.

Potest peccare Methaphora tribus, turpitudine, dissimilitudine, & inconstantia. Turpitudine, quando deducitur de re turpi. Vt cùm dicitur *Rem publicam Romanam morte Camilli fuisse castratam, aut ipsam a Iulio stupatam.* Dissimilitudine, cùm translatio exitdere dissimili. Vt qui dixerit: *Campos pacis, montes belli:* Et illa Virgilij:

Auri sacra fames, quid non mortalia pectora cogis?

Cupiditas enim non fami, sed siti similis est.

Et illa Horatij:

Feruet auaritiæ misera cupidine pectus.

Verbum Feruère potiûs debedat assimilari amori, aut furori, quam auaritiæ, quia ab igne eductum fuit. Inconstantia peccatur, quando multa verba transferuntur, & consequens verbum repugnat præcedenti, Vt si dicamus: *Quædam scriptura ex fontibus Ciceronis messa est, & exhusta ex segetibus.* Debet enim translatio esse maximè consentanea, & consimilis naturæ; nam aliàs fiet eloquutionis monstrum.

Illud admirandum videtur, quid sit, quod omnes translatis, & alienis magis delectantur verbis, quàm proprijs, & suis. Nam si res suum nomen, & proprium vocabulum non habeat: (vt pes in scabelo, in vite gemma) necessitas cogit, quod non habeas, aliunde sumere. Sed in suorum verborũ

maxima copia tamẽ homines aliena multò magis (si sunt ratione translata) delectant. Causa autẽ illa est, quod translatio est similitudo ad vnum verbũ contracta; similitudine autem mirificè capiuntur animi. Comparatio est, cùm dicimus, *feciſſe quid hominem, vt leonem.* Translatio, cùm dicitur *Homo leo.*

Hîc monitos habere velim illos, qui Alexandrũ pro liberali, *Ciceronem pro eloquente, Neronem pro crudeli, Mæcenatem pro patrono literarum ponunt*, & alia huiusmodi, hunc loquendi modum non esse Antonomasiam (vt aliqui affirmare voluerunt) sed Methaphoram, quia similitudine, qua referunt se, vel benignitate, vel eloquentia, vel immanitate, vel patrocinio; ita appellatur liberalis eloquens, crudelis, patronus quiuis. Sed quando hæc nomina indiuidua vsurpantur pro communi appellatione liberalium, eloquentium, crudelium, patronorum: tunc est quartus modus sinedoche, vt suo loco dicetur. Non enim est inconueniens, vt respectu diuersarum considerationum sint diuersi tropi.

Datur etiam Methaphora in aduerbijs, vt *Vbi*, cùm accipitur pro *quando*, & *quando* pro *vbi*, quod contingit frequenter in multis alijs aduerbijs, si rectè consideres.

Caput. 5. de Sinedoche.

Despauterius:

Digitized by Google

Pro naui pupis, contrarie Sinedoche habetur.

Sinedoche est quando ex toto pars, aut ex parte totum, ex genere species, aut ex specie genus intelligitur. Latinè dicitur Conceptio, seu intellectio, contineturque quatuor modis.

Primus cùm totius appellatione pars declaratur, vt illud Maronis:

Fontem, ignemque ferebant.

Hoc est, aquæ partem ex fonte, & aliquid ignis. Et idem Maro:

Xanthumque bibißent.

Et rursus idem:

Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim,

Voluit enim significare aquam illorum fluuiorum bibendam. Et Martialis:

Vicina in ipsum sylua descendet focum.

Idest, pars lignorum syluæ ad comburendum afferetur. Idem in eodem loco:

Auidam rigens Dircenna placabit sitim.

Et Nemea, quæ vincit niues.

Idest, Parte aquæ, qua fontes Dircenna, & Nemea manant, sitim sedabit.

Aput Virgilium *Mons* pro *saxo*, *vel lapide* aliquoties inuenitur Martialis frequentissimus omnium authorum. In hoc huius tropi modo est *nemus pro arboribus*, & alia tota pro suis partibus sæpissimè vsurpantur.

Secundus, cùm pars totius vicem gerit. Cicero: *Mucrones eorum a iugulis vestris reiecimus*, id est, gladios. Idem: *Vix in ipsis tectis habitari queat*; hoc

est,

est, in ipsis domibus. Terentius: *Quot capita, tot sententiæ*; hoc est, quot homines. *Puppis* pro *nauí* Ouidius:

Dum mea puppis erat valida fundata carina.

Et Virgilius:

Interea Æneas socios de puppibus altis
Pontibus exponit.

Hę voces frequentissimè sunt in authoribus, *& aurum, & argentum*, pro *aurea, & argentea pecunia, ferrum* pro *gladio*, *pinus* pro *nauí*, quæ nomina multi volunt esse partes, nec fallũtur; sed si vt partes materiales considerentur ad primum Methonimiæ modum pertinent. Salinum pro tota mensa Persius:

Purum, & sine labe salinum.

Et pro quocunque vase fictili mensæ pauperis Horatius:

Viuitur paruo bene, cui paternum
Splendet in mensa tenui salinum.

Os pro tota facie Ouidius:

Pronaque cum spectent animantia cætera terram,
Os homini sublime dedit, cœlumque tueri.

Et pro conspectu, & præsentia hominis totius Terentius: *Vereor in os te laudare.* Et Tacitus: *In ore eius iugulatur.* Pellis pro calciamento Martialis:

Lunata nusquam pellis.

Quia lunata nobilium, & vt signum, & vt materia pertinebit ad Methonimiam. Quamquam mihi in animo est, hanc artem non solum veteribus, sed

Digitized by Google

etiam nouis locupletare testimonijs. *Gleba* pro *agro* dixit Martialis.

Tertius, cùm genus loco speciei statuitur. Horatius:

Qualem ministrum fulminis alitem.

Ales genericè quidquid habet alas significat, & hic ponitur pro aquila. Hac loquutione sumitur Orbis (quæ dictio quo duis corpus rotundum significat) pro aliqua regione. Plinius: *In nostro orbe proximè laudatur Syriacum.* Pro oculis Lactantius: *Orbes ipsos humoris puri, ac liquoris esse volait.*

Et pro foraminibus oculorum Statius: *Tum vacuos orbes.* Virgilius pro aquila dixit:

Prædamque ex unguibus ales
Proiecit fluuio.

Pars huius tropi, & nõ modus distinctus est Anthonomasia, de qua Despauterius.

Appellatiuum proprij vice sæpe locatur.

Quando alicuius excellentiæ gratia nomen commune proprio annumeratur. Vt Virgilius dixit virum pro Aenea.

Arma, virumque cano. Ius ciuile per Anthonomasiam intelligitur *Romanum.* Poeta inter Græcos *Homerus*, inter Latinos *Virgilius.* Sic Iustinianus suis Institutis Imperialibus: *Ius ciuile, quoties non addimus nõmen cuius sit ciuitatis, nostrum ius significamus, sicut cùm Poetam dicimus, nec addimus nomẽ subauditur apud Græcos egregius Homerus, apud nos Virgilius.* Sic *Orator* pro *Cicerone*, *Philosophus* pro *Aristotele.* Apud Medicos *Methonimiè ad lepram, Crancum, & species herpe-*

tis, & bothor qui se comedũt (inquit Mesue) *sumitur medicina in communi pro elleboro in specie, sicut & pro theriaca.* Et secundum ipsum *medicamentum expurgans genericé usurpatur pro Scamonea.* Huc etiam referas, quando authoritatis, maiestatis ve gratia numerus pluralis accipitur pro singulari. Vt illud Ciceronis: *Paulo imposuimus, & oratores visi sumus.* Et Iuuenalis: *Et nos ergo magnum ferulæ subduximus, & nos Cõsilium dedimus Syllæ.*

Martialis numero plurali nominauit Zenonem, Platonem, & Democritum sic:

Democritos, Zenonas, in expliciosque Platonas..

Huius item loci est numerus infinitus pro finito. Cicero cùm multam, & magnam pecuniam â Verre ereptam, atque ablatam vellet significare, dixit: *Cognoscite nunc innumerabilem pecuniam frumentario nomine ereptam.* Et Lucanus:

Adde, quòd innumeræ concurrunt undique gentes. Cicero pro Roscio: *Qui tantas, & tam infinitas pecunias non propter inertiam laboris, sed propter magnificentiam liberalitatis repudiauit.*

Quartus denique modus est, cum species repræsentat genus. *Gramen* pro *qualibet herba*, ita vt quamuis nõ floreat pro herbis florentibus posuerit Martialis:

Sic in gramineo flore recliuis.

Apud Poetas est vsitatissimum pro qualibet specie herbarum. *Formianum, Cecubum, Calenum, Masicum*,, & alia nomina specialia vinorum optimi generis *pro quouis excellentissimo vino* apud ipsos pas-

sim

sim se offerunt. Et ideo reliqua fere infinita exempla, quæ in medium possem proferre, missa facio. *Ensis Noricus* dicitur ab Horatio *quiuis ensis*. *Tuscus ager* A Marciale pro *quolibet agro*. Ab vtroque *Sirus*, *Dama*, *Dauus*, *Geta*, & a Iuuenale *Liburnus* pro quocunq; *seruo*, *vel mancipio*. *Ganymedem* appellat Martialis *famulum eleganter cultum*, *seu pincernam*, quia nostro vulgo *Page de copa* nominatur, & est plurimus in hac loquutione, vt in alijs plurimis huius generis. Ipse vsurpat *Marsilæum equum* pro *Omni equo*. Virgilius dixit pro quouis sue:

Denteſque Sabellicus exacuit ſus.

Iuuenalis pro bonis dixit Curios nuncupans speciali nomine communem conceptum:

Qui Curios ſimulant, & Bachanalia bibunt.

Non possum non dicere quid sentiam de his loquutionibus meo iudicio. Methaphoram redolentibus. Et vt verum eligam dicerem ad vtrumq; tropum pertinere. Nam si hanc indimus appellationem ratione similitudinis, quam perspicimus in re, quam illo vocamus nomine, absque dubio Methaphoram nominabo Sin verò hæc vocabula speialia, vt in se continentia conceptum cõmunem consideremus; tunc huius loci erunt. Tale est illud Martialis. Ex his sunt *Mæcenas* pro *patrono literarum*, *Alexander* pro *liberali*, *Nero* pro *crudeli*, *Creſſus* pro *diuite*, *Ariſtoteles* pro *philoſopho*, *Cato* pro *rigido homine*, *Cicero* pro *eloquente*. *Virgilius* pro *Poeta*, vnde dixit Martialis:

Sint Mæcenates, non deerunt, Flacce, Maroues,

Virgiliumque tuum vel tua rura dabunt.

Idem liberam mulierem volens significare, ex pudica meretricem fuisse factam dixit:

Casta nec antiquis cedens Lauina Sabinis,
Et quamuis tetrico tristior ipsa viro.
Dum modo Lucrino, modo se permittit Auerno,
Et dum Baianis sæpe fouetur aquis,
Incidit in flammas, iuuenemque sequuta relicto
Coniuge, Penelope venit, abit Helene.

Hac doctrina Enodabis obscurum illud Epigrama eiusdem Martialis scribentis:

Castora de Polluce Gabinia fecit Achilam
Pixagathos fuerat, nuncerit Hippodamus.

Vt sensum rectè teneas, attende. Castor gauisus fuit equis, & Pollux eius frater pignis (constat ex Homero, & Horatio) sic per nomen speciale ostenditur generale, scilicet Hippodamus, vel domitor equorum, & per Pollucem significatur pugil. Sententia ergo erit, Gabinia fæmina tot, & tantis muneribus donauit Achilem, hoc est, iuuenem pugilem, vt receptus fuerit in ordinem equestrem, quod summa numorum ad id necessaria sit præditus, & diues. Sic *Fabricios*, *Camillos* pro hominibus bene cordatis, & maxima prudentia oræditis. Sic pro prætoribus insolentibus, & rapientibus veluti prædonibus Iuuenalis inquit:

Inde Dolabella est, atque hinc Antonius, inde
Saurilegus Verres referebant nauibus altis
Occulta, & spolia, & plures de pace triumphos.

Medici sumunt elleborum pro quolibet medica-

mento

mento purganti, & eo vſus eſt Horatius:

Danda eſt ellebori pars maxima auaris.

Iuriſconſulti ſępiſsimè vtuntur ſpecie pro genere, vt *plebs* pro *populo*. Conſulito D. Gregorium Lupum in Methodo eiuſdem facultatis. Numerus ſingularis pro plurali huiuſce loci eſt. Liuius pro Romanis, *Romanus prælio victor*. Et omnes hiſtorici, ac poetæ dicunt *Parthum, Medum, Perſam, Germanum*, &c. Pro *Parthis, Medis, Perſis, Germanis*, &c. Virgilius:

Hoſtis habet muros.

Sic *miles* pro *militibus* Hic collocabis numerũ finitũ pro infinito, ſeu indeterminato. Horatius centum poſuit pro innumeris dum ait: *Et cẽtu artium puer.*

Perſius:

Mille hominum ſpecies, & rerum diſcolor vſus.

Virgiliuus: *Terque, quaterque beati.*

Caput. 6. de Methonymia.

Deſpauterius:

Dicito Methonymiam Bachum bibo, vina coronant.

Methonymia eſt, quãdo cauſas, ꝓ effectu, ſeu per effecta, vel effecta per cauſas, vel ex eo, ꝙ cõtinet id ꝙ cõtinetur, vel rem è ſigno intellegim°. Id cõtingit multis modis, quos referemus. Sed priùs ex philoſophis debemus notare quatuor eſſe genera cauſarum, efficientem (ad hanc reducitur in-

ſtrumentalis) materialem, formalem (ad quam refertur exemplaris) & finalem. Et non ſolùm efficiens eſt, quæ tropicè pro effectu reperitur, ſed omnes. Sic probemus teſtimonijs.

Primus modus eſt, cùm cauſa ponitur pro effectu, & ex his cauſis prima eſt efficiens. Huius ſunt omnes authores operum, vel rerum, ſeu illi, qui illis præſunt, vel earum ſunt inuentores. Hinc *Vulcanus pro igne*, *Hymenæus* pro *nuptijs*, *Ceres* pro *Pane*, *Bachus* pro *vino*, *Venus*, ſeu *Cupido* pro *amore*, *Mercurrus* pro *eloquentia*, *Mars* pro *bello*. De Vulcano Horatius:

Nec vaga per veterem dilapſo flammaculinam
Vulcano, ſummum properabat lambere tectum.

De Hymenæo Virgilius:

Pergama cùm peteret, in conceſſoſque Hymenæos.

De tribus ſequentibus Terentius:

Sine Cerere, & libero friget Venus.

De Cupidine Virgilius:

Bellum ſæpe parit ferus exitiale Cupido,

De Mercurio Horatius:

Sed me per hoſtes Mercurius Celer
Denſo pauentem ſuſtulit aere.

Morphæus pro ſomno Ouidius:

Excitat artificem, ſimulatoremque figuræ
Morphæa.

Martem pro bello frequentiſsimè poetæ. Sed & Liuius: Aliquando ibi *Marte incerto, varia victoria pugnatum eſt.* Hinc etiam authores pro operibus ab eis compoſitis, Plato, Ariſtoteles, Cicero,

Digitized by Google

Ennius, Suetonius, Homerus, Plutarchus, Seneca Cicero: *Lectitasse Platonem, audiuisse etiam Demosthenes dicitur.* Horatius dixit: *Ennius inmanibus non est, sed adhuc recens in mentibus hæret.* Tum etiam nomina artificum sumuntur pro ipsis artificijs. Pro imaginibus Mironis statuarij ad viuum sculptis referentibus bobes, & armenta Statius:

Atque aram circum steterant armenta Mironis,

hoc est ab ipso elaborata, vt exponit versus sequēs:

Quatuor artificis viuida signa bobes.

Sic Mentorē Iuuenalis pro poculis ab ipso factis:

Multus vbique labor, raræ sine Mentore mensæ.

Vnguentarium Cosmum pro vnguentis ab eo cō positis Martialis sic:

Quod quacunque venis, Cosmum migrare putamus.

Hoc est, quocunque tu vadis arculas Cosmi vnguentarias deferri putamus. Sic Parhasius, Apelles, Zeuxis, Thimantes pro picturis, & imaginibus ab eis effictis. Phidias, & Policletus sicut & Miron pro statuis, & signis manibus eorum politis. Efficienti causæ adiunges instrumentum (iuxta Philosophorum doctrinam) quando opus, quod ab eo procedit repræsentat. Sic *lingua* pro *sermone*, seu *elocutione* frequentissimè vsurpatus. Plautus: *Et is omnes linguas scit, sed dissimulat sciens, se scire.* Hinc dicitur *lingua Latina, lingua Græca, lingua Hispanica*, & cæt. Cicero ad Varronem: *Tibi autem idem consilij do, quod mihimetipsi, vt vitemus oculos hominum, si linguas minus facilè possumus.* Vbi etiam oculos posuit pro visu, seu conspectu. Ouidius:

Hoſtibus eueniat, quàm ſis violentis in armis,
Sentire, & linguæ tela ſubire tuæ.

Hinc *mala lingua*, vel *bona*, vel *impudica*, pro homine malè, vel bene, vel impudice loquente, & etiam pro faciente illa impudicam, & turpem rem. Vnde Martialis:

De nullo quæreris, nulli maledicis, Appici,
Rumor at linguæ te tamen eſſe malæ.

Sic guttur vſurpatur pro cantu, ſeu auium, ſeu voce hominis canente aſpere, vel ſuauiter. Vigilius,

Et lætæ pecudes, & ouantes gutture corui.

Sambucus in Emblematibus:

Et pleno memorem virtutes gutture ſummas

ideſt, voci gaandi & canora.

Manus, cùm (ſecundũ Galenũ) inſtrumentũ inſtrumẽtorum ſit, & (ſecundum S. Thomam) organus organorum, pro omni opere vſurpatur, ſed pro ſcritura non vnquam, vt conſtat ex Quintiliano in libro de Orthographia ſic: *Cauſſa, caſſus, Cicero, Virgilius ſcripſerunt: ſic manus eorũ docent*, hoc eſt, ſic ipſi ſcribunt, Cicero: *Quibus tibi videbitur velim des literas nomine meo, noſti familiares, ſignum requirent & manum, dices eis, me propter cuſtodias eas vitaſſe.* Hoc eſt, volent ſcire, quis ſcripſerit, & ſignauerit, cùm videant non eſſe ſcriptas mea manu, Et pro quolibet artificio, ſeu opere Martialis:

Quis labor in phyala docti Myos, anne Myronis?
Mentoris hæc manus eſt, an Policlete tua?

Hæc ſufficiant exempla, & ea, quæ in ſacra Eloquentia ponuntur de inſtrumento, quod ad cau-

ſam

ſam efficientem ſpectat.

Materies pro materiato, vt ferrum pro gladio, aurum, & argentum non ſolùm pro aurea, & argentea pecunia, verum & pro quacunque ſupelectili eiuſdem materiæ, vt ſunt vaſa, pateræ, & alia. Martialis prophiala argentea:

Lacerta viuit, & timetur argentum. Idem:

Quod non argentum, quod non tibi miſimus aurum

id eſt vaſa aurea, & argentea. Idem propyxidibus alabaſtrinis alabaſtrum dixit:

Quod Coſmi redolent alabaſtra, focique Deorum

Sic pinus pro naui, æs pro tuba, Virgilius:

Ære ciere viros, Martemque accendere cantu.

Criſtalum pro vaſibus criſtalinis, Martialis:

Nec labris niſi magna meis criſtala terantur.

Et denique quæcunque materia pro re ex ea conſtanti huius loci eſt.

Forma pro toto compoſito vt anima, cauſa, & pars formalis hominis pro ipſo homine. Sic Cicero Terentiam eius vxorem, & Tuliam filiam *animas ſuas vocat*; & Horatius loquens de Virgilio, Quintilio, Vario, & Plocio ait:

Plocius, & Varius Sinueſſæ, Virgiliuſque
Occurrunt, animæ quales neque candidiores
Terra tulit.

Ideſt, homines candidiſsimi. Sicut in rebus animalibus anima eſt forma illarum (vt docent philoſophi) ſic in artificialibus figura iudicatur forma. Ideo quia menſæ antiquorum erant figuræ orbicularis, orbes pro menſis ponuntur, vt conſtat ex multis locis Martialis, ſed hic ſufficiat:

Et *Mauri lybici centum ſtent dentibus orbes.*
Huius cauſæ rariora ſunt teſtimonia.

Finis pro medio, quo intenditur, vt illud Terentij in Eunucho:

Cæterum idem hoc tute, meliùs quantò inueniſſes Traſo.

Ideſt quantò meliùs tu dediſſes operam quærendo. Et ſic ego intelligo illud Ouidij: *Tu non inuenta reperta es*, ideſt, cùm non te quæſiuerint apparuiſti. Quamuis alij dicant, hoc procedere ex diſcrimine ſignificati verborum Reperio, & inuenio. Etiam finis eſt ſæpe effectus cauſæ efficientis, & ſic quodammodo multa ex illis, quæ dicentur ſecundo ſubſequenti modo exempla poterunt eſſe huius cauſæ, & quando conſequentia pro antecedentibus ponuntur.

Secundus modus poetis familiarior, cum ſignificare volunt ex effectis cauſas. Virgilius:

Pallentesque habitant morbi, triſtisque ſenectus.
Et metus, & malè ſuada fames, & turpis egeſtas.

Huc etiam ſunt referenda impropria epitheta, vt *amabilis inſania, concordia diſcors, ſtrenua diligentia*, & alia apud Horatium. Sed ſi forte addubitaueris (& iure) quod quidam amicus, cur ſtrenuam diligentiam appellauerim epithetum improprium, quia non eſt vt *concordia diſcors*, ſed potiùs videtur propriſsimum (vt ita dicam) reſponſum a me habeto ſic. Improprietas in epithetis contingit duplici via, vel ob repugnantiam, quam epitethon dicit ipſi ſubſtantiuo, cum quo concordat, vt manifeſtum fit in *concordia diſcors, mors immortalis*, vel

Digitized by Google

procedit a vitiosa, & pleonasmica ratione, vt *strenua diligentia, pigricia pigra.* Sunt enim hæ vitiosæ, & impropriæ loquutiones, vt *videre oculis, audire auribus.* Sic per pleonasmicam rationem licet hęc epitheta appellare impropria. Non solùm his verum & omnibus poeticis epithetis hic erit locus, non enim epithetum reducitur ad Anthonomasiam (quæ Sinecdochæ est pars) nec nonstituit tropum distinctum, de quo Despauterius;

Exornat carmen fixo bene nomine quadrans.

Quod perpetuam ferme naturam rei indicat, vt *alma Ceres, pulcha Venus, tristia bella, dulce mustum, albi dentes,* quæ locutiones poetis vsitatissimæ sunt rariores tamen oratoribus, & alio modo, vt *spes fallaces, cogitationes inanes, scelus abominandum,* & alia id genus.

Huic etiam loco signa pro re signata attribuuntur, vt *tæda* pro *nuptijs, secures, seu falces* pro *consulatu, scetrum,* vel *corona* pro *regno,* & *imperio,* & etiam pro hoc sumitur *purpura,* vt illud Virgilij:

Non illum populi falces, non purpura regum Flexit.

Horatius dixit: Deponit secures, vt significet, renuntiasse consulatum. Et Valerius Maximus frequens est in hac loquutione, & maximè lib. 1. dum inquit; *Laudabile duodecim fascium religiosum obsequium, laudabilior quatuor, & vigiati in consimili re obedientia.* Hoc est, laudabile Consulis Postlumij religiosum obsequium; laudabilior tamen obedientia Caij Figuli, & Scipionis Nasicę itidem Cōsulum. Teda pro nuptijs vox frequentissima est,

sed hæc vox Thalasio tamquam signum illarum in illis sæpius repetita referebatur. Martialis dicit, nõ posse nuptias absque appellatione Thalasionis nominari, dum ait:

Quid, si me iubeas Thalasionem
Verbis dicere non Thalasionis.

Quid originis id habuerit, Plutarchum consule. Iuuenalis, vt significaret vexilla Romana, quibus depictæ erant aquilæ, vt insigne illius verbis dixit:

Hic petit Euphratem iuuenis, domitique Batani
Custodes aquilas armis industrius.

Quasi diceret copias Romanas, nam signum ponitur pro copijs, inquit enim Vegetius: *Primum signum totius legionis est aquila, & ideo* in eadem satyra infra inquit:

Da nunc, & volucrem, sceptroque surgit eburno.

Ideo, qui id vexillum primum ferebat aquilifer nũ cupabatur. *Lunatam pellem* dixit Martialis pro calciamento virorum nobilium. Quid signum indicabat originem ab Archadibus iuxta Plutarchi doctrinam. *Lictor* etiam pro *magistratu* frequentissimũ indicium est. Sic etiam *hædera* pro *taberna vinaria*, quia vinum ibi vendi significat.

Si rationem desideras, Plutarchus in problematibus docebit. Alia innumera exempla apud optimos quosque autores inuenies.

Tertius modus, cùm proprium subiectæ reiad significandam rem adiunctam traducitur, vt continens pro contento. Virgilius pro cœlestibus ait: *Cœlo gratissimus annis.* Idem pro Romanis:

Digitized by Google

Illa inclyta Roma
Imperium terris, animos æquauit Olympo.

Sic Italis Hispania pro *Hispanis, Sicilia* pro *Siculis, Carcer* pro *vinctis, caluē* pro *potu.* Hùc etiā pertinet cū possessor pro re possessa ponitur. Terentius ait: *Famus ad me.* Ideſt ad domum meam. Virgilius pro domo Vcalegontis ardente ait:

Iam proximus ardet Vcalegon.

Huius loci eſt, quando imperator, ſeu dux pro ſuis copijs, & exercitu vſurpatur, vt a Liuio dicitur, *ſexaginta milliū ab Annibale cæſa fuiſſe apud Canas*, quod eſt a ſuis militibus. Cæſar ſuis in Commentarijs ſæpiſſimè hoc loquendi modo eſt vſus, & denique omnes hiſtorici. Huic modo attribues, quando nomen principis perſonæ in comædijs, ipſis titulū, & nomē inditū, & pro ipſa comædia accipitur. Apud Iuuenalem plurima tibi exempla occurēt dicētē:

Vexatus toties rauci Theſeidē Codri. Ideſt cùm me toties Comædia Theſei a Codro poeta compoſita vexauerit, & infra ait ipſe:

Impunè diem conſumpſerit ingens
Thelephus, aut ſummi plena iam margine libri
Scriptus, & intergo nec dum finitus Oreſtes.

Fabulam Thelephi, & Oreſtis ſignificare volens. Nomen Deorum pro eorum delubris huius affirmabo eſſe loci, & quando eorum nominibus viæ publicæ, ſeu plateæ, foraue nota fiunt. Martialis pro vico, ſeu foro, vbi depicta erat Europes: *Currit ad Europem.*

Pro foro Iani, in quo fœneratores conſiſtebant

dixit

dixit Cicero Ianum in officijs: *Qui in medio Iani sedent.* Et Ouidius Naso:

Qui puteal, Ianumque timet, celeresque.

Calendas. Hoc est, timet tribunal iudicum, quod erat apud libonis puteal; timet fœneratores, & vsurarios commemorantes in foro, quo simulacra Iani depicta erant; timet tempus determinatũ solutioni, quæ Calendis fiebat. Et Horatius eàdẽ vsus loquutione ait:

Hæc Ianus summus ab imo.

Perdocet. Idest, in toto foro Iani perdocetur. *Iupiter* pro *Capitolio, Mars* pro *eius templo, & etiam campo,* quo gymnasica fiebant. Iuuenalis, vt nominaret delubra Cereris, & Dianæ, inquit:

Ne quoque ad Eluinam Cererem, vestramque Dianam Conscelle.

Quartus modus, cùm ex adiunctis res subiectas intelligimus. Terẽtius: *Vbi est scelus, qui me perdidit?* Ouidius pro amantibus credulis: *Credula res amor est.* Martialis, vt significaret Zoilum summopere vitiosum, ait: *Non vitiosus homo, sed vitium.* Sic *sapientia* pro *sapienti, ignoratia* pro *ignaro, pulchritudo* pro *pulcherrimo, deformitas* pro *deformi, auaritia* pro *auaro, inuidia* pro *inuido.* Nomina denique virtutũ, & vitiorũ, pro ipsis vitijs, seu virtutibus plenis. Hinc Valerius Maximꝰ: *Humilitas ampletudinẽ venerari debet.* Hoc est, Humiles homines amplos debẽt venerari

Ad hunc modum quidam referunt signa pro re signata, sed rectiùs (ni fallor) sunt in secũdo. Quintus modus ex superioribus compositus, cùm adiun

Digitized by Google

ctum pro alio adiuncto ſumitur, idque non vno modo, nam ſunt aliquando duo epitheta duobus ſubiectis adnexa, in propriè tamen, niſi ſubiectis ſuis reſtituantur, vt in illo Virgilij: *Ibant obſcuri ſola ſub nocte per vmbras.* Ideſt, *ibant ſoli ſub obſcura nocte.* Hunc modum aliqui Hypalagen (quia conuertitur rerum ordo) appellant.) Sed Rhetores hoc nomine totam Methonimiæ ſpheram comprehendi volũt. Huc refer, cùm ex antecedentibus conſequentia, & contrà intelliguntur, numquam enim mihi perſuadere potui id ad Sinedochẽ ſpectare. Huius rei exemplum ſit *diligentia*, quę propriè amorem ſignificat, vt ab eius ethymo, & nomen claritura conſtat, quia deſcendit a verbo *Diligo*, quod amare eſt: eiuſque oppoſitum *negligentia*, quod nomen a *Negligo* verbo, quod eſt contemnere, & ſic propriè contemptum notat. Conſtat ex Terentio dicente: *Illa negligentia ſui.* Ideſt, ſe contemnens. Quia quod amamus, maxima cura, & ſolicitudine procuramus, iuxta illud Ouidij:

Res eſt ſolliciti plena timoris amor.

Ideo ipſa vox, quæ ſignificat amorem, ſumitur pro cura, & ſolicitudine. Et contra quia illa, quæ contemnimus, ſeu negligimus, non curamus: negligẽtia frequentius quàm propriè ſumitur pro incuria. Sic etiam pigritia, cùm propriè ſit idem quod pudor, & cùm pudor cauſa ſit ſocordiæ, & tarditatis: ſumitur pro mora, & accedia (vulgo noſtro Pereza) Methonimicè hoc quinto modo. Labor cuilibet operi præcedit iuxta illud Horatij:

Nil

Nil sine magno vita labore dedit mortalibus. Et ideo pro quouis artificio sumitur. Iuuenalis dixit: *Multus vbique labor*, cum vellet significare multas statuas. Signa,& alia multa præcedentia pro subsequentibus ponuntur, & subsequentia pro præcedentibus eodem pacto. Albus accipitur ab Horatio pro sine carne,& cute,vbi ait: *Albis informem spectabant ossibus agrum.* A Martiali pro tenui, debili, seu delicato vsurpatur,dum ait: *Vivat in vrbanis albus officijs.* Ab eodem pro timido,& tepido:

Non tot in Eois timuit Gangeticus aruis
Raptor, in Hyrcano qui fugit albus equo.

Rubicunda pro verecunda,pudica,& casta ab eodem Marciali accipitur,ait enim:

Hirsuta peperit rubicunda sub ilice coniux.

Liuor pro inuidia, liuidus pro inuido non solum apud hunc, sed & apud alios frequentissimus modus loquendi est. Virgilius, vel quis fuerit author: *Liuor tabificum malis venenum.* Et Martialis: *Omnibus inuideas liuide, nemo tibi.* Idem *libere, & liuescere: liuet Carinus, rumpitur, furit, plorat.* Et liuor propriè significat colorem, quem cuti inuidia inducit, eoque eâ tegit. Consideranti attentè exempla multa occurrent. Sextus Methonimiæ modus est Methalepsis. Non enim ad tropum distinctum pertinet. De ea Despauterius:

Methalepsis erit transsumptio facta gradatim. Hæc contingit aliquando in adiectiuis per Sinonimiam, quando duo nomina conueniunt in vna significatione, sed illorum alterum aliud præterea sig-

Digitized by Google

nificat. Vt Sæuus, & immanis idem significant abusiuè, sed & immanis etiam significat ingens, vt *Immania templa*, idest, ingentia. Cum ergo pro ingẽti sumitur est Methalepsis. Virgilius: *Sæuus vbi Aeacide telo iacet Hector.* Idem: *Nec minus Aeneas maternis sæuus in armis.* Sic dixit numina *læua* pro sinistris. Homerus (vt sæpe monet Plutarchus) plurimus est in Methalepsi, vocat enim *insulas veloces*; cùm velit acutas intelligere, quia acutum vtramque significationem complectitur. Idem *velocem* appellat *noctem*, quod vmbra terræ sit acuta, authore eodem Plutarcho. Virgilius etiam *tristes* appellat *lupinos*, hoc est, amaros, nam *amarus tristem* etiam significat: vt *Hostis amare, quid increpitas?* Horatius: *Libet iacère sub antiqua ilice*, id est magna ilice, ac proinde vmbrosa. Sed iam hoc est aliud Methalepsis genus, quando gradatim itur ad id, quod erat proprium. Virgilius: *Speluncis abdidit atris*, Atris, ergo profundis. Idem:

Post aliquot mea regna videbis aristas.

Per aristas spicas, per spicas messes, per messes æstates, per æstates annos intelligimus. Sic Cicero suas in Antonium orationes vocauit Philippicas. Sic Martialis, *Coracinum piscem gloriam primam gulæ Pelææ* nominauit, cùm Alexandrinæ vellet significare Alexander enim Pellæus Alexandriam condidit. Horatius:

Carmine tu gaudes, hic delectatur Iambis,
Ille Bioneis sermonibus, & sale nigro.

Bioneis sermonibus, id est satyris compositis ab

Ariſtophane filio Bionis. Idem Horatius: *Mæonij carminis alite.* Alite, ideſt calamo (totum pro parte) carminis Mæonij, hoc eſt Homeri, qui iuxta communem ſententiam filius fuit Mæonis. Sed ſatis teſtimoniorum Methonimiæ, eiuſque partis Methalepſis ſit.

Caput. 7. de Antiphraſi.

Deſpauterius.

Antiphraſis verbum ſit per contraria dictum.

Duæ diuerſę, & admodum repugnantes ſententiæ veniunt in quæſtionem elucidandam in doctrina huius tropi conſtituenda. Antiqui enim multas dictiones dici per Antiphraſim fatentur, Ironiæque faciunt partem. Recentiores verò omnino negãt talem tropum, ſeu figuram eſſe, quamuis alia facie oſtendunt reddere liptotem. Sed (tantorum virorum ſalua pace) Antiphraſim eſſe, & eſſe tropum, nec Ironiæ ſpeciem meos diſcipulos, & meam ſectantes doctrinam ſemper docebo. Nam ſi de rebus quilibet vti iudicio ſuo poteſt: meum mihi id perſuadet exemplis, quæ conſideranti mihi occurrere, & non poſſum non ſequi hanc doctrinam, etſi de hoc nullius addictus iurare inverbo magiſtri ſim.

Eſt igitur Antiphraſis, quando verbum eſt contrarium proprietati illius, quod ſignificare volumus. Nec affirmabo dici per Antiphraſim omnia,

quæ

Digitized by Google

quæ Grammatici ſunt arbitrati, potius maiori parte doctrinæ doctiſsimi Brocenſis aſſentior; ſed tamen aliqua dici, non poſſum inficiari. Hoſtis enim (vt conſtat ex Cicerone, Varrone, & duodecim tabulis) proprio vocabulo peregrinum, vel hoſpitem ſignificabat; & nunc nemo eſt, qui abſque irriſione non eo appellet per duelem, ſeu inimicum communem. Epicurus vir fuit eximiæ frugalitatis (ſecundum mentem D. Auguſtini, & Senecæ) & nihilominus eius nomen guloſis, & ebrijs tribuitur ſine irriſione, ergo per Anthiphraſim, quandoquidem verbum contrarium intelligitur. Nec ſolum in nominibus hoc contingit, verùm & in alijs dictionibus, vt in aduerbijs. Siquidem *Olim* tempus præteritum tantùm ſignificat e ſua proprietate, & hac conſideratione accipitur pro futuro, & *quondam* eodem modo. Et etiam in præpoſitionibus. *In* enim propriè negationem importat, ſed aliquando affimans inuenitur in compoſitione. *Ex* aliquando augens, aliquando priuans ſe offert. *Per* non diſsimili modo, & alia. Differt ab Ironia Anthiphraſis, quia illa in conformatione totius ſententiæ, & fictione totius voluntatis cum irriſione verſatur. Hæc autem in dictione ſimplici abſque fictione, & irriſione. Non negabo multas harum dictionum introductas fuiſſe per Ironiam, ſed tunc commitabantur alia verba, quæ ipſam irriſionem oſtentabāt; at nunc nullum ironiæ veſtigium præſeferunt. Multæque etiam alijs cōſiderationibus adinuentæ, & vſurpatæ fue

runt, præsertim illæ, quæ per Euphomisſmum.

Euphomisſmus quidam Antiphrasis modus est, & vt inquit Demetrius Phaleræus, est idem, quod bona ominatio, & eloquutio, quæ odiosas res bonis, & impias pijs verbis edit. Accidit sic. Antiqui summopere auguria obseruabant, & illa præsertim, quæ ab hominum ore prodibant, quæ propriè omina vocantur. Vt docet Cicero libro primo de diuinatione, hunc ritum Pythagoræis tribuens his verbis: *Neque solum Deorum voces Pythagoræ obseruarunt, sed etiam hominum, quæ vocant omina; quæ maiores nostri, quia valere censebant, id circo omnibus rebus agendis, quod bonum faustum, felix fortunatumque esset præfabantur, rebusque diuinis, quæ publicè fierent, vt fauerent linguis imperabatur.*

Hæc Cicero, & constat ex Horatio:

Linguis, animisque fauete.

Vbi fauete linguis, non intelligo idē esse quod tacete (vt quidam arbitrantur) sed bona verba dicite. Nam credebant vitiari sacra, siquis dura, mala, & ominosa verba loqueretur, ideoque alio loco ait:

Malè ominatis parcite verbis.

Præcipit Tibullus in solemnitatibus natalium, vt id religiosissimè seruetur:

Dicamus bona verba, venit Natalis ad aras.

Ouidius Fastos sic præparat:

Prospera lux oritur, linguis, animisque fauete.

Hac religione significata dictionum inuertebant, & volentes exponere res tristes, aut alio-

quin

quin in festas bouis vocabulis operam dabant, vt ipsas expromerent, vt illud Virgilij: *At sperate Deos.* Idest, timete. Sic *sacra fames* pro execranda, *Sacer morbus, homo sacer* apud Macrobium. *Potiri hostium* propriè significat illis præ esse, & dominari, & apud Plautum inuenitur pro captum esse. *Hic* (inquit) *potius est hostium*, idest, captus est ab hostibus. Hęc omnia dicuntur in contrariam significationem per Euphomismum, qui rationem Anthiphrasis induit. Hæc, & alia exempla non sunt vocabula propria, nec referuntur ad tropos superiores, ergo est alius tropus ab illis distinctus, non ironia, quia tropi secundum diffinitionem versantur in verbis simplicibus, ironia in oratione integra, & cum irrisione, qua caret Antiphrasis. Hoc de eius doctrina sufficiat.

Prima Appendix.

CIRCA communem horum troporum doctrinam mihi notanda videntur hæc. Primùm ob diligentiam supinam nescio an docentium, an auditorum factum fuisse, vt omnes loquutiones tropicæ Methaphoricæ putẽtur; quasi Methaphora sola esset tropus. Itaque discrimen inter ipsos tropos illos fugit, nedum inter modos cuiuscunque tropi, quod longè difficilius est, & si non tan graue peccatum. Nam vna consideratione possunt ad hunc pertinere modum, altera

ad illum.

Secundum, non solùm hoc contingere modis, verum & ipsis tropis, vt ostendimus quædam nomina indiuidua, & specialia pertinere ad Methaphoram, & eadem posse spectare ad quartum Sinedochæ modum, qui est species pro genere.

Tertium, has mutationes tropicas non tantum nominibus, verùm & verbis, & aduerbijs, nec non præpositionibus esse communes, vt exemplis & testimonijs ostēdimus. Hinc *Ad* præpositio, quæ significat appropinquationem cum motu, solet accipi pro *Apud*, quæ cum quiete id significat, vt illud Ciceronis: *Habes hortos ad Tyberim.* Et illud: *Dionisius ad me fuit bene manè*, quod fit per quintum Methonimiæ modum consequens pro antecedente.

Quartum multa esse vocabula, quibus multò frequētiùs vtimur in tropica, quàm in propria significatione. Exemplum sit *Supplicium, diligentia, negligentia, pigritia, liuor*, de quibus diximus, ac si alia desideras, maioris copiæ gratia aliqua proponam. *Flagellum* propriè significat palmitem teneriorem ex anniculis sarmentis renatum, priùs flabellum (vt quibusdam placet) a ventorum flatu, & agitatione dictum: quamquam alij a flagris potius deduci malunt, quæ longitudine, & flexibilitate referre videntur. Hæc Calepinus, & affert testimonium Columellæ: *At certe in ordinarijs vitibus vtique obtinendum est, ne pluribus flagellis emacientur, nisi propaginibus futuris prospiciemus.* Virgilius in Geor-

gicis.

gicis:

Neue interuites corylum fere, neue flagella
Summa pete, aut summas defringe ex arbore plagas.

Iam vides vnum, & alterum exemplum in proprietate, & vix alia inuenies; sed tropicè frequentissimè accipitur pro *loro*, siue *mastige*, quibus seruos nudatos cædere solebãt, quod pœnæ genus grauius est, quàm fustibus cædi, vt constat ex iurisconsultis, Cicerone, & alijs. Inde etiam flagella dicuntur, quibus aurigæ vtuntur, quæ excussa clarum reddunt sonum. Restat scire, quo tropo hanc habeat acceptionem significati. Et vt breui absoluam, dico id pertinere ad primum Methonimiæ modum causam instrumentalem, illo enim flagello, vel palmite cædebantur serui. Obijcies, Iam non verberantur flagello, sed loro, igitur flagellum non instrumentum, & sic nec is tropus.

Compulistime vt respondeam, quod desiderabam, scilicet, quintum notandum in vna, eademq; significatione sæpe duos conuenire tropos, vt in hac. Est enim Methaphora ob similitudinem flagelli, quam lorum refert, & quia illius vice fungitur, & etiam est Methonimia Methaphotica (sic oportet eam appellare) quia illo instrumento res fit, & id est notandum in alijs dictionibus: *Codex* propriè significat truncum, seu stipitem arboris, cui cortex detrahitur, & ita Columella: *Nec tam celeriter radiculæ in veterato iam codice nascuntur.* Etiam apud Iuuenalem in hac proprietate inuenitur: *Codice sedet.* Sed vix alia testimonia tibi occur-

rent. Tropicè fortaſſè apud Plautum notabis dicentem: *Ego iam detrudam ad molas, inde ad puteum, atque robuſtum codicem.* Feſtus Ponpeius dicit eſſe locum, quò præcipitabatur malefactorum genus. Sed cùm non alius locus inueniatur, qui id denotet: non mihi perſuadeo tale genus eſſe ſuplicij, ſed laboris, & ſenſus Plauti erit. *Echale a vna taho-na, y a vna anoria, y haz que haga valientes raxas.* Et ſic etiam erit in proprietate. Tropicè verò pro libro frequentiſsimè vſurpatur, ideo nulla affero teſtimonia. Sed videamus cuius tropi ſit, & non paruæ difficultatis. Sed operæ precium eſt examinare proprietatem huius vocis *liber*, & propriè corticis genus eſt tenuius, quod in philiras plures diuidi poteſt, cuiuſmodi erant, quæ papyris in Aegypto detrahebantur, chartæque vſum præbebant. Ita Cicero: *Trunci obducuntur libro, aut cortice, quo ſint a caloribus, & frigoribus tutiores.* Columella: *Ita librum arboris inoleſcere ſinito.* Virgilius:

Cùm moriens alta liber aret in vlmo. Idem

Hinc aliena ex arbore germen
Includunt, vdoque docent inoleſcere libro

Plinius palmarum folijs primo ſcriptatum, deinde quarumdam arborum libris affirmat. Hinc eſt ratio, quam quærimus. Nam cùm libri, hoc eſt, tenuiores arborum cortices chartæ olim vſum præberent, codices quoque qui ex his compaginari ſolent, libri dicti ſunt, obtinuitque vſus, vt quãuis mutata re, alijſque iam inuentis chartarum generibus, priſcum tamen manſerit nomen, librique

dican-

dicantur, qui ex pluribus concinnati sunt chartis ex quacunque materia præparatis. Sed etiam perquiramus nomen *Papyrus*, quid propriè significet.

Papyrus arbuscula est præcipuè in AEgypti paluſtribus nascens habens radicem obliquam trian gulis lateribus decem, non amplius, cubitorum longitudine in gracilitatem fastigiata, thyrsimodo cacumen includens. Ex hoc frùtice præparabantur chartæ acu diuisæ in prætenues, & latissimas philiras, quæ eò meliores erant, quò mediæ papyro propinquiores, quæ ab huius fruticis appellatione etiam papyri nomen acceperunt. Ab huius quoque fruticis nomine etiam hodie chartas nostras, quæ ex cõtritis linteis fiunt, papyrum appellamus, eò quòd eundem nobis præstent vsum, quem olim AEgyptijs præstabat papyrus.

Nunc licet cuilibet harum dictionum assignare verum tropum, quandoquidem ter, quaterue ad summum in proprio significato reperiuntur, cùm in tropico sint frequentissimæ.

Et meo iudicio si (vt historiæ docent) primis temporibus in tabulis, quę ex codicibus fiebant, scribebatur, & ideo tunc appellabant ipsa scripta tabulas: in hac appellatione versabatur primus modus Methonimiæ quia materies, ex qua componebatur scriptum, erat. Vel dicamus esse eiusdem tropi tertium modum, cõtinens scilicet pro contento, quia in illis tabulis scriptum continebatur, & sumebantur pro ipso scripto. At nunc, quia liber eiusdem vsus est, cuius codex, vel tabulæ ex

Digitized by Google

eo erant antiquitus: Methaphoricè codex volumen ſcriptorum nuncupatur. Idemque dicendum de libro mihi perſuadeo, quando illis in corticibus ſcribebatur, Methonimia dabatur, quia ſumebantur pro ſcriptis, at nunc Methaphora; nec alia ratio diſsimilis ab hac, quæ ſignificationem papyri demonſtrat. Idemque dicendum de hac dictione charta. Hæc enim propriè ſignificabat eam, quã veteres papyri arboris cortice, & glutino præparabant ad ſcribendum in ea, & cùm ſimilitudinem referat, quæ hodie ex linteis conficitur, Methaphoricè charta frequentiſsimè nuncupantur.

Calamus etiam arundo magis minuta habens internodia longa, & recta, ex qua ſagitæ apud diuerſas gentes fiebant, ideoque per Methonimiam in primo modo pro ſagitis accipiebatur. Vnde Plinius: *Calamis populi Orientis bella conficiunt.*
Et Virgilius:

Cum Daphnis arcum,
Fregiſti, & calamos.

Eodem tropo etiam inuenitur pro muſico inſtrumento concauo ex fiſtulis, & calamis compoſito, quod Syringam vocabant. Vnde Virgilius:

Non calamis ſolùm æquiparas, ſed voce magiſtrum.

Huius primum inuentorem fuiſſe Pana docent poetæ, vt Virgilius expreſſè:

Dan primus calamos cera coniungere plures
Inſtituit.

Etiam per eandem Methonimiam cauſæ inſtrumentalis eſt calamus virga, cui hamus filo longo

alliga-

alligatur ad capiendos pisces. Hinc Martialis:

Galbula decipitur calamis, & retibus ales.

Aliquando Methaphoricè sumitur pro stipula, & quacunque re tereti, ac fistulosa ad similitudinem arumdinis, vnde arborum quoque ac vitum calamos dicimus teretes particulas, & virgas ad serendum in terra aptas. Sic Plinius: *Qui si longius efferantur pomorum calami, rapis infixos optimè custodire sucum arbitrantur.* Est etiam calamus mensura sex cubitorum primo eiusdem tropi modo, quia instrumentum. Et olim scribebatur instrumentis, quæ fiebant ex calamo. Vnde Martialis.

Dat chartis calamos habiles Memphitica tellus.

Et etiam erat Methonimia, & idem modus. Hinc ventum est, vt etiam per Methaforam appelletur frequentissimè penna, qua scribimus, ita vt hodie non alius sit nomen huic instrumento, nec eius appellatione aliam intelligamus rem. Et hæc sufficiant, vt ex eis alia multa intelligantur.

Caput. 8. De figuris verborum, quæ fiũt per Adiectionem.

FIGVRA Latinè, Schema Græcè est conformatio, quædam orationis remota a cõmuni, & primùm se offerente ratione, qua

rectus sermo in alium cum virtute mutatur. Despauterius:

Multa figurarum descriptio nomina sumit.

Figuræ aliæ sunt verborum, aliæ sententiarum Figurę verborum fiunt triplici ratione Adiectione, Abstractione, conmutatione. Despauterius:

Schemata dant species tibi lexeos, & Dianocas,

Lexeos, ideſt, verborum, Dianocas, ideſt, mentis, seu sententiarum. Ex quibus primum agemus de his, quæ fiunt per adiectionem, seu Repetitionem. Sit ergo prima repetitio ita, dicta Latinè per Antonomasiam, Græcè Anaphora, Epibole, seu Epanaphora, quam aliqui interpretantur Relationem. Et est cùm ab eodem principio ducitur sæpius oratio. De hac Despauterius:

Principium sit idem nonnumquam versibus aptè.

Terentius: *Primus sentio mala nostra, primus reciſco omnia, primus porro obnuntio, ægrè solus, si quid sit, fero.* Cicero: *Quid tam populare, quám pax? qua non modo ij. quibus natura sensum dedit, sed etiam tecta, atque agri mihi Lætari videntur. Quid tam populare, quàm libertas? quam non solùm ab hominibus, verum etiam abeſt ijs expeti, atque omnibus rebus anteponi videtis. Quid tam populare, quám otium? quod ita iucundum eſt, vt & vos, & maiores veſtri, & fortiſſimus quiſque vir maximos labores ſuſcipiendos putet, vt aliquando in otio poſſit eſſe preſertim cum imperio, ac dignitate.*

Martialis de catella publi iſſa nomine:

Iſſa paſſere nequior Catulli.
Iſſa purior oſculo columbæ.

Digitized by Google

Iſſa blandior omnibus puellis.
Iſſa eſt charior Indicis lapillis.
Iſſa eſt delitiæ catella publi.

Multa alia exempla ſunt apud hunc poetam.

Conuerſio Latinè, Græcè Antiſtrophe, Epiphora, ſeu Epiſtrophe, qua idem verbum ſæpius in eundem finem conuertitur, & illo deſinit. Cicero: *Doletis tres exercitus populi Romani inter fecios? Interfecit Antonius. Deſideratis clariſsimos ciues? eos quoque ademit, vobis Antonius. Authoritas huius ordinis afflicta eſt? Afflixit Antonius.* Martialis:

Capto tuum (heu pudet) Maxime, cenam;
Tu captas aliás, iam ſumus ergo pares.
Manè ſalutatum venio, tu diceris iſſe
Ante ſalutatum, iam ſumus ergo pares.
Dum comes ipſe tuus, tumidique ante ambulo regis,
Tu comes alterius, iam ſumus ergo pares.
Eſſe ſat eſt ſeruum, iam nolo vicarius eſſe,
Qui rex eſt, regem Maxime non habeat.

Ad hanc reduces Epimonem. Deſpaterius:

Inuenies verſum repetitum ſæpe decenter.

Quando vnus, & idem verſus poſt fines periodorũ multorũ ſępius repetitur, vt in ludicro Virgiliano:

Incipe Menalios mecum mea tibia verſus.

Qui in Egloga octaua ſepties repetitur, & hic, qui ſequitur, nouies:

Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite
Daphnim.

Complexio, Eparaſtrophe, Simploce, Cenotes ex ſuperioribus compoſita, quia ab Repetitione

incipit

incipit, & in conuersionem desinit, vtrãque enim complectitur. Cicero: *Qui sunt, qui fœdera ruperunt? Carthaginenses. Qui sunt, qui Italiam deformauerunt? Charraginenses. Qui sunt, qui crudele bellum in Italia gesserunt. Carthaginenses. Qui sunt, qui sibi postulant ignosci? Carthaginenses.* Martialis Iulio:

Rumpitur inuidia quidam, Chariſime Iuli,
Quod me Roma legit, rumpitur inuidia.
Rumpitur inuidia, quod turba ſemper in omni,
Monſtramur digito, rumpitur inuidia.
Rumpitur inuidia, tribuit quod Cæſar vterque
Ius mihi natorum, rumpitur inuidia.
Rumpitur inuidia, quod rus mihi dulce ſub vrbe,
Paruaque in vrbe domus, rumpitur inuidia.
Rumpitur inuidia, quod ſum iucundus amicis
Quod conuiua frequens, rumpitur inuidia.
Rumpitur inuidia, quod amamur, quòdque probamur.
Rumpitur quiſquis, rumpatur inuidia.

Cicero: *Quis legem tulit? Rullus. Quis maiorem populi partem ſuffragijs priuabit? Rullus. Quis comitijs præfuit? Rullus.*

Conduplicatio eſt verbi geminatio. Geminantur verba modis plurimis. Primo, cùm principio dicitur verbum, & ad extremum refertur, diciturque tunc Circulus, Periodus, Orbis, vel Epanalepſis, de qua Deſpauterius:

Principio, & fine repetitur verſus eodem.

Cicero: *Multi, & graues dolores inuenti parentibus, & propinquis multi.* Virgilius:

Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa.

Martia-

Digitized by Google

Martialis in omnibus illis epigrammatibus, quæ constituimus pro exemplo complexionis. Et Epigramma 25. libri 7. continetur hoc schemate, & illo exornatur. Qui enim ex decem versibus primus est, idem est & vltimus, hic scilicet ad Apollinarem Scazonta:

Apollinarem conueni meum, Scazon.

Et illud eiusdem non est omittendum.

Phosphore, redde diem, qui gaudia nostra moraris?
Cæsare venturo, Phosphore redde diem.

Alia his similia inuenies apud hunc poetam.

Secundo modo, quando idem iteratur principio, medio, & fine absque interpositione medij, & tunc dicitur Epizeuxis. De qua Despauterius:

Dictio format Epizeuxim cum vi geminata.

Virgilius frequens est in hoc schemate, & ibi:

Meme, adsum, qui feci, in me conuertite ferrum.

Et Horatius:

O ciues, ciues, quærenda pecunia primùm est,
Virtus post numos.

Tertio efficitur Anadiplosis, quæ est repetitio vnius dictionis in fine vnius sententiæ, & principio alterius. De qua Despauterius:

Finem principio repetens Anadiplosim edes.

Virgilius sic:

Pierides hæc vos facietis maxima Gallo:
Gallo, cuius amor tantùm mihi creuit in horas.

Cicero: *Principum dignitas erat penè par, non par fortasse eorum, qui sequebantur. Hæc fit aut continua, aut disiuncta.* Cicero: *Bona, miserum me (consumptis e-*

nim

nim lacrimis, tamen infixus animo hæret dolor) bona, inquam, CNei Pompeij acerbißime voci ſubiecta præconis. Poſſunt quoque media reſpondere vel primis, Virgilius:

Tenemus Augitiæ vitrea, te Fuſcinus vnda.

Vel vltimis. Cicero: *Hæc nauis onuſta ex præda Siciliensi, cum ipſa quoque eſſet ex præda.* Aliquando tota ſententia repetitur. Idem Cicero: *Quid Cleomenes facere potuit? non enim poſſum quemquam inſimulare falſo. Quid, inquam Cleomenes magnopere facere potuit.?*

Quarto fit Reſumptio, ſiue Epitome cùm poſt aliqua multa interpoſita perſpicuitatis gratia reſumimus & in principio collocauimus. Virgilius:

Talis amor Daphnim, qualis cum feſſa iuuencum
Per nemora, atque altos quærendo bucula lucos,
Propter aquæ riuum viridi procumbit in herba
Perdita, nec ſeræ meminit decedere nocti,
Talis amor teneat; ſit mihi cura mederi.

Quinto reſultat regreſio, ſeu Epanodos, quæ ſemel propoſita iterat. Ouidius ſic:

Demophon ventis & verba, & vela dediſti:
Vela quæror reditu, verba carere fide.

Et Virgilius ſic:

Iphitus, & Pelias mecum, quorum Iphitus ævo
Iam grauior, Pelias & vulnere tardus Vliſſei.

Sexto conſideranda eſt, vt membrum conduplicationis Traductio, cùm verba paululum immutata, atque deflexa in oratione ponuntur. Cicero: *Pleni ſunt omnes libri, plena exemplorum vetuſtas, plena*

ſapien-

Digitized by Google

ſapientum voces. Quando fit in diuerſis caſibus, dicitur Polyptoton. Cicero: *Homines prope confitentem iuditio liberauerunt hominibus iniuria tui ſtupri in ipſos dolore non fuit; homines tibi arma, alij in me, alij poſt illum inuictum eiuem dederunt; hominum beneficia prorſus concedo tibi, ac maiora non eſſe quærenda.* Lucanus: *Pilaminantia pilis, & litora litoribus contraria.* De hac dixit Deſpauterius:

Bella Polyptoton varij ſit clauſula caſus.

Septimo tamquam pars Conduplicationis annumeretur illi Gradatio, ſeu Clymax, quæ ſurſum verſù redditur, & petit quæ dicta ſunt, & priuſquã ad aliud deſcendat in pluribus reſiſtit. De ea Deſpauterius:

E *verbo in verbum* Clymax *it pulchra figura.*

Ad Herenium ſiue Cicero, ſiue Cornificius: *Aphricano virtutem induſtria, virtus gloriam, gloria æmulos comparauit*: Et Cicero alibi: *Neque verò ſe populo ſolùm, ſed etiam Senatui tradidit; nec Senatui ſolum, ſed publicis præſidijs, & armis; neque his tantùm verùm etiam eius poteſtati cui Senatus totam rempublicam, omnem Italiæ pubem, cuncta populi Romani arma commiſſerat.* In tertio loco pro præſidijs, & armis dixit: *His.* Hìc reperitur arguẽmtatio, quę dicitur Sorytes, & ſemper inuoluta eſt cum hac figura.

Synonimia, ſeu Interpretatio eſt, cùm verba fere idem ſignificantia, vel augentia, vel minuentia, vel ſaltèm explicãtia ponuntur. Cicero: *Quæ enim cùm ita ſint, Catilina, perge, quò cæpiſti, egredere aliquando ex vrbe, proficiſcere, patent portæ.* Et alibi:

Abijt,

Abijt, excesſit, erupit, euaſit. Nec verba modò, ſed ſenſus quoque idem facientes coacerbantur, erit q̃ue Synonimia ſententiarum. Idem: *Perturbatio iſtum mentis, & quædam ſcelerum effuſa caligo, & ardentes furiarum faces excitarunt.*

Parameon eſt repetitio eiuſdem literæ in multis dictionibus continuatis. De hac Deſpauterius:

Principijs eadem eſt Parameon litera multis.

Enius:

O Tite, tute, Tati tibi tanta tyranne, tuliſti.

Machina, multa minax minatur maxima muris.

Hæc figura apud antiquos exornationis erat maximæ, ſed apud nos affectationem ſapit, ni ſatis aptè cohæreat rei, de qua agitur.

Et etiam iuxta doctrinam Diomedis Grammatici dátur Parameon, quando verba vel nomina parum inflexa, & tamen ſimilia ſuperioribus inſeruntur, vt: *Multa viri virtus.* Sed has ego loquutiones Traductioni aſsignarem, hæc enim ſunt, quæ coniugata, vel denominata appellantur. Tu, lector, tuo iuditio vtere.

Scheſiſonomathon eſt, cùm ſingulis nominibus epitheta conn ectuntur. Deſpauterius:

Mobile cuique ſuum fixo connectitur aptè.

Virgilius:

Vt Marſa manus, Peligna cohors, feſtina virum vis.

Et etiam hoc commititur ſchema, quando in cõnexu ſententiarum plures Anthonomaſiæ ponuntur. Tale eſt illud eiuſdem:

Armipotens, Tritonia virgo.

Nec

Nec arbitreris mihimet repugnare, cùm dixerim in tropis, epitheta ad Methonimiam quomodocunque ſpectare. Idem enim & nunc teneo intelligens de ſignificato proprio, vel improprio, hîc verò de coacerbatione, quæ Synonomon redolet. Hæc de illis ſchæmatibus, quæ ex Adiectione reſultant.

Caput. 9. De figuris, quæ fiũt per detractionem.

PRima figurarum, quæ fiunt Detractione, ſit Diſſolutio, Articulus, Dialyton, vel Aſyntheton, cùm demptis coniunctionibus diſſolutè plura dicuntur. De ea Deſpauterius:

Copula ſuprimitur, quó fiat Aſyntheton aptè.

Fit ergo tùm in ſingulis verbis, tum etiam in periodi membris, & tunc ab aliquibus appellatur membrum. Cicero: *Hæc ſtudia adoleſcentiam alunt, ſenectutem oblectant, ſecundas res ornant, aduerſis perfugium præbent, delectant domi, non impediunt foris, per noctant nobiſcum, peregrinantur, ruſticantur.*

Adiunctio, Zeugma, Hipozeugma, ſeu Protozeugma, in qua vnum, ad verbum, quod primum, medium, vel poſtremum collocatur, plures partes referuntur. De ea Deſpauterius ſic:

Verbo vno plureis ſenſus Zeugma recludo.

Quando id, quod deſideratur è proximo aſſumi-

tur manentibus omnibus accidentibus, seu attributis; dicitur Zeugma. Quando verò necesse est mutare genus, numerum, vel aliud attributum: dicitur Syllepsis. Cicero: *Ille timore, ego risu corrui.* De ea sic Despauterius:

Verbo uno varia est Syllepsis clausula nexa.

Attamen, cùm præcesit dictio totum significans quæ rursus in partibus intelligitur. Prolepsis appellatur, de qua Despauterius:

Per partes totum, aut referat post facta Prolepsis.

Vt illud Liuij: *Duo reges Romam auxerunt, alius alia via; Romulus bello, Numa pace.* Virgilius:

Tum pater Aeneas, Romanæ stirpis origo,
Et iuxta Ascanius magnæ spes altera Romæ
Procedunt castris.

Disiunctio, Alython, vel Ypoximenon, seu Hypozeuxis contraria Zeugmati, est cùm vnumquodque eorum, de quibus dicimus, certo clauditur verbo. De ea ait Despauterius:

Iungit Hypozeuxis sua rebus verba quibusque.

Cicero: *Aut otium me abstraxit, aut voluptas auocauerit, aut denique somnus retardauerit.* Virgilius:

Regem adit, & regi memorat nomenque, genusque:
Quidue petat, quidue ipse ferat Mezentius arma,
Quæ sibi conciliet, violentaque pectora Turni.
Edocet humanis, quæ sit fiducia rebus.
Admonet, miscetque preces. Haud sit mora, Tharcon
Iungit opes, fœdusque ferit.

Synedoche (figura, nam de tropo dixi Ellypsis, vel Eclypsis fit, quando id, quod in oratione

Digitized by Google

de eſt, foris omnino petendum eſt. Deſpauterius: *Eclypſis verbum reticentia verba ſubaudit.* Cicero: *Ego, ſi Tiro ad me, cogito in Tuſculanum.* Vbi deeſt, *venerit, & proficiſci.* Nec ſolũ in his, ſed quoties prima, ſecunda, vel tertia perſona tacetur, quoties in nominibus locorum ſupprimuntur præpoſitiones, quoties in adiectiuis ſubſtantiuum non exprimitur. Infinita fere ſunt exempla de quibus Brocenſis elegantiſsimum ordinauit Opuſculũ in ſua Minerua, ipſum perpendito.

Synecioſis eſt, quæ duas res colligat contrarias; vt: *Res, aut auaritia nullius eſt vſus, aut prodigalitate, Homines aut inuidia obcæcantur aut nimio amore.* Ac ſi quis iudicabat multas harum Grammaticæ figuras: In Eloquentia ſacra illi ſatisfactum puto. Non enim ſunt Grammaticæ figuræ, quamuis illis illi opus ſit; nulla enim eſt facultas, quæ non alterius indigeat adiumento. Ad Grammaticam tantùm ſpectant Enallage, & modi eius, Archaiſmos, Heleniſmos, Hebraiſmos, Hiſpaniſmos, & illę, quæ congruentiam impedire, vel adiuuare valẽt. Nam etſi Grammatici explicent aliquas harum: non ideo putes illius ſchemata eſſe. Alia quidem ſunt Grãmatica, alia poetica, alia Rhetorica, de quibus dicemus ſuis locis.

Caput 10. de figuris, quę fiũt per cõmutationem.

NOminatio, Annominatio, Agnominatio, ſeu Paronomaſia eſt, cùm verba paululum immutata quoad literas in oratione ponũtur. De ea Deſpauterius ſic:

In ſimili verbo ludit quandoque poeta.

Ea multis, & varijs rationibus conficitur. Primo, adiectione literæ, vel Syllabæ. Cicero: *Si in hac calamitoſa fama, quaſi in aliqua perniciosa flamma.* Et: *Emit mortem immortalitate. Non amare, ſed hamare eſt.*

Secũdo, detractione. Quintilianus: *Non exigo, vt immoriaris legationi, immorare.* Et: *Tela coniecit, hoſtes in terram iecit.* Et: *Non leno, ſed leo.*

Tertio, Commutatione. Cicero: *Hanc reipublicæ pauliſper peſtẽ reprimi, non in perpetuum comprimi poſſe.* Et: *Cur magiſter eius ex oratore arator factus eſt.*

Quarto, tranſiectione. Idem: *Videte, iudices, homini nauo, an vano credere malitis.* Et: *Parvo, an parvo animo.*

Quinto, variatione accentus. Quintilianus: *Hũc auium cantus ducit ad auium. Hic non tam Curiam, quam curiam amabat.* Nam curia pro ſenatu primam producit, pro meretrice corripit. Aliquid affectationis habet hæc figura, & ideo rarò illa eſt vtendum nobis, & tunc quia leuis videtur, ſententiarum põdere eſt implenda. Merito igitur illa exempla vitãdi potiùs, quàm imitandi gratia ponit. Quintilianus. *Non Piſonum, ſed piſtorum.* Terentius: *Non amantium, ſed amentium;* & alia. Similiter cadens, ſeu Homoioptoton eſt, cùm in eoſdem caſus verba cadunt. Deſpauterius:

Digitized by Google

Verborum similis sit finis Homoioptoton.

Cicero: *Ac primum quanta innocentia debeant esse imperatores? quanta deinde omnibus in rebus temperantia? quanta felicitate? quanto ingenio? quanta humanitate?* Idē: *Hunc ego non diligam? non admirer? non omni ratione defendendum putem?* Nam & casus quoque verba habent. Illa est pulcherrima: *Domuisti gentes immanitate barbaras, multitudine innumerabiles, locis infinitas, omni copiarum genere abundantes.*

Similiter desinens, seu Homoioteleuton est, cùm non solum in eosdem casus, sed consonantes. Despauterius de hac figura:

Casus Homoioteleuton erit tibi similis multus.

Cicero: *Quis in voluptatibus inclinatior? quis in laboribus patientior? quis in rapacitate auarior? quis in largitionibus effusior.* Enius:

Mærentes, flentes, lacrimantes, ac miserantes.

Compar, siue Isocolon constat ex pari ferè numero syllabarum. Hoc non de enumeratione nostra fiet, nam id puerile est, sed tantum affert vsus, & exercitatio facultatis, vt animi quodam sensu par membrum superiori referre possimus. Cicero: *Ita tantum bellum, tam diuturnum, tam longè, latèque dispersum, quo bello omnes gentes tenebantur Gneus Pōpeius extrema hyeme apparauit, inuente verè suscepit, media æstate confecit*

Contrapositum, contrarium, Contentio, Antitetos, seu Antithesis est, quando verba verbis opponuntur per relationem, priuationem, contrarietatem, siue contradictionem, fitque multis modis,

& de ea sic Despauterius:

Antiton quoties contraria nectes.

Primo, quando singula singulis opponuntur, Cicero: *Vicit pudorem libido, timorem audatia, rationem amentia.* Ouidius:

Frigida pugnabant calidis, humentia siccis,
Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus:

Secundo, quando bina binis, aut plura pluribus. Ad Herenium: *Habet assentatio iucunda principia, eadem exitus amarissimos affert.* Martialis cum pulcherrima verborum distributione dixit:

Toto candidior puella Cycno,
Argento, niue, lilio, ligustro,
Sed quamdam volo nocte nigriorem,
Formica, pice, graculo, cicada.

Et est hìc suauissima Hiperbolle.

Tertio, quando sententiæ sententijs: Cicero: *Odit populus Romanus priuatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit.* Ad Herenium: *Quos ex collibus deiecimus, in campo metuimus dimicare; qui cùm plures erant, paucis nobis exequari non poterant hi post quam pauciores sunt, metuimus, ne superiores sint.*

Quartus modus dicitur Cohabitatio, qua contraria in eadem re, vel persona simul coniunguntur. Horatius de Sole: *Alius, & idem nascens.* Ad Herenium: *Adest, abesse vis; abest, reuerti cupis, in pace bellum quæritas; in bello pacem desideras.*

Quintus modus huic contrarius dicitur Paradiastole. Sicut enim illic contraria copulantur, hìc simillima discernuntur, vt docet Publius Rutilius

tiliùs lupus exempla Hyperidis sic: *Nam cùm cæterorum opinionem fallere conaris, tute frustraris, non enim probas te pro astuto sapientem intelligi, pro confidente fortem, pro illiberali diligentem rei familiaris, pro maleuolo seuerum, nullum enim est vitium, quo virtutis laude gloriari possit.* Hoc enim schema solet fieri illustrius, cùm ratio proposito subiungitur, etsi tunc iam redolet figuram sentnetiæ hoc modo: *Qua propter nolo te pacum appellare, cùm sis auarus, nam qui parcus est, vtitur eo, quod satis est, tu contra propter auaritiam quò plus habes, magis eges. Ita non tam diligentiæ fructus, quàm inopiæ miseria te consequitur.*

Sextus modus Commutatio, Inuersio, seu Paradiastole, vel Anaclasis est, cùm ex verbis prioris sententiæ præposterè ordinatis, & constructis alia resultat figura, vel sentētia dissimilis, vel omnino contraria posterior priori. Vt Plato interrogatus, quì respublica beata fieret, respondisse dicitur: *Si aut qui sapiunt imperare, aut qui imperant sapere discant.* Huc pertinet illud apud Valerium Maximum: Cùm Diogenis Syracusis olera lauanti Aristippus dixesset; *Si Dionysium adulari velles, ista non esses. Imò (inquit) si tu ista esse velles, Dionysium non adulareris.* Theophrastus narrantur dixisse: *Prudentis est, amicitiam probatam apetere, non appetitam probare.* Et Aristoteles dicitur dixisse: *Eius est vita beatissima, cuius & fortunæ sapientia, & sapientiæ fortuna suppeditet.* Sic est illud: *Si poema loquens pictura est, pictura tacitum poema esse debet.* Cicero: *Vt sine inuidia*

culpa plectatur, & sine culpa inuidia ponatur.
Horatius:

Et michi met res, non me rebus submittere conor.

Distributio, non exornatio sententiarum (nam de illa suo loco dicemus) sed verborum, est, quando plura præcedunt verba, quibus totidem respondent, vel ordine, vel præposterè.

Et in Virgilianis operibus est hoc exemplum:

Pastor, arator, eques, paui, colui, superaui,
Capras, rus, hostes, fronde, ligone, manu.

Distributionem solues sic: Pastor paui capras fronde, arator colui rura ligone, eques superaui hostes manu. Tale est & illud:

Anguis, aper, iuuenis pereunt vi, vulnere, morsu,
Hic fremit, ille gemit, sibilat hic moriens.

Atque alia Distica inter Virgiliana opera.

Correctio etiam exornatio verborum (nam de illa, quæ est sententiarum suo loco dicetur) est commutatio in verbo, cum ipsum reprehenditur. Fit autem duobus modis. Nam si antequam efferatur corrigitur, dicitur Prodiorthosis. Cicero: *Non iam leuitatis est, sed, vt quod sentiam dicam, demen tiæ.* Aut fit, cum iam est prolatum verbum, & tunc appellatur Epanorthosis. Idem: *O, hominem fortunatum, qui huiusmodi nuntios, vel potius Pegasos habeat.*

Hiperbatō nec est tropus, nec solis poetis conceditur, sed est exornatio, & figura verborum oratoribus frequentissima. De ea Despauterius:

Valde turbatus vocum fit Hyperbaton ordo.

Quod non sit tropus, patet, nam verba non mutā-

Digitized by Google

tur a proprio significato, vt exemplis constabit. Quod oratoribus sit communis, & maximæ apud illos exornationis, quisquis eorum constructionẽ considerarit, perspicuè agnoscet. Est igitur transgresio verborum cùm orationis structura decoris gratia variatur, neglecto simplicis sermonis ordine. Fit multis modis. Primo Euphoniæ gratia, vt ait Despauterius:

Ob pulchram vocem quid factum Euphonia fertur.

Non enim solum consulimus aures in dictionibus simplicibus, de quibus ipse intelligit, sed præcipuè in collatione verborum, de qua multi,& magni libri agrauibus viris sunt compositi. Exemplum huius sunt fere omnes Ciceronianæ compositiones, & ideo id sufficiat eiusdem exempli gratia: *Animaduerti, iudices, omnem accusatoris orationem in duas diuisam esse partes.* Vt Hyperbaton dissolueretur, dicendum erat sic: *Iudices, ego animaduerti omnem orationem accusatoris in duas partes esse diuisam.* Hic erat simplex ordo.

Secundus modus dicitur Anastrophe, & est duorum verborum ordo præposterus. De ea Despauterius:

Ordo inuersus erit tibi Anastropha præpositura.

Vt *mecum, tecum, nobiscum, i præ, capite tenus,* & alia multa.

Tertius est Tmesis,cùm verbum cõpositum diuiditur,aliqua dictione interposita. Despauterius.

Quoque interposito per Tmesim vocabula scindo.

Cicero: *Per mihi gratum erit.* Virgilius: *Inque salutatam*

lutatam linquo. Idem: *Quæ me cunque vocant terræ,* Cũ: esset dicendum: *Per gratum mihi erit, in salutatamque linquo, quæ cunque terræ vocant me.*

Parentesis est quartus modus, & fit quando sermoni (antequam absoluatur) breuis sermo interponitur, vt in doctrina vides exemplum. Cicero: *O, præclarum custodem ouium (vt aiunt) lupum.* Virgilius.

Nunquam animam talem dextra hac (absiste moueri)
Amittes. Idem:
Vt sceptrum hoc) dextra sceptrum nam forte gerebat)
Nunquam fronde leui fundet virgulta.

De ea Despauterius:

Interiecta Parenthesis est sententia quæuis.

Alios modos ponit ipse Despauterius, quos referam, & si poeticos; sitque quintus Histerologia, siue Hysteron, Protheron, & de ea dicit sic:

Hysteron, & Protheron postponas, si ante locanda.

Et est sententiæ cum verbis ordo mutatus. Virgilius:

Et torrere parant flammis, & frangere saxo.

Prius enim saxo frangunt, quàm torrent. Ille:

Postquam altos tetigit fluctus, & ad æquora venit.

Priùs ad æquora venit, quam tetigit fluctus. Idem rursus:

Moriamur, & in media arma ruamus.

Priùs ruendum erit in arma, & postea moriendum.

Sextus modus Syncheſis Hyperbaton obscurum, & ex omni parte confusum. Despauterius:

idem

Digitized by Google

idem tenuit. Virgilius:

Treis notus abreptas in saxa latentia torquet:
Saxa vocant Itali, mediis quæ in fluctibus aras.

Est autem ordo hic. Notus torquet tres naues abreptas in saxa latentia, quæ Italivocant aras. Idem:

Vina bonus, quæ deinde cadis onerarat Acestes,
Litore Trinacrio, dederatque abeuntibus heros
Diuidit.

Ordo enim simplex hic erat: Deinde heros Aeneas diuidit vina, quæ bonus Acestes dederat illis abeuntibus, & in cadis onerarat.

Alium modum septimum ponit Despauterius, quem vocat Hyrmon hoc versiculo:

Sermonis series prælonga vocabitur Hyrmos.

Et est quando constructio orationis continuè tenorem suum in multos versus protendit, teste Seruio. Vergilius, lib. 6. Aene:

Principio Cœlum, terras, camposque linquentes,
Lucentemque globum lunæ, Titaniaque Castra.

Periphrasis nullo modo tropus, sed figura tam verborum, quam sententiarum; est quando id, quod vno, vel pautioribus verbis dici poterat, pluribus dicitur ornatus, & Euphoniæ, vel optimi soni gratia. De ea Despauterius:

Rem circumloquimur fit quando Periphrasis apta.

Hac circumloquutione vtuntur frequentissimè poetæ. Virgilius vt significaret lucis diuinæ ortum ait:

Occeanum interea surgens aura reliquit.
Et iam prima nouo spargebat lumine terras

Triton croceum linquens aurora cubile

Ipse vt significaret domitionis tempus:

Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris
Incipit, & dono Diuum gratissima serpit.

Quod si hæc descriptio obscurior est, dicitur Aenigma, de quo Despauterius:

Est Ænigma grauis nimium tibi sermo solutus.

Tale est illud: *Mater me genuit, & ego genui illam.*

Despauterius:

Vbi viuos homines mortui infectantur boues.

Et Virgilius:

Dic, quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo.
Treis pateat cœli spatium, non amplius vlnas.
Dic quibus in terris inscripti nomina regum
Nascantur flores.

Si solutionem desideras, lege aliquotam partem nostrorum cõmentariorum eruditionis vernaculo sermone scriptorum, nec te pœnitebit.

Hæc sunt, quæ meo iudicio ad exornationes, seu figuras verborum spectant, & non tenui diligẽtia in proprijs sedibus locatas esse arbitror. Est enim assignare numerum, nomina imponere, & locum proprium coaptare non paruæ difficultatis. Sic enim dissentiunt valde authores tam Græci, quàm Latini, nec modò inter se discordant, sed (quod plurimum est) Cicero ipse sibi discrepat, qui vt ornatissimus in dicendo, sic in præcipiendo diligentissimus fuit. Nam (vt Quintilianus animad uertit) multas figuras in tertio de Oratore libro posuit, quas postea videtur repudiasse, siquidem de

Digitized by Google

illis mentionem non fecit. Quaſdam poſuit in verborum exornationibus, quæ ſententiarum ſunt lumina, quædam nec figuræ quidem ſunt. Itaque numerus illarum, nec fuit olim certus, nec vnquam eſſe poterit, quia nouæ figuræ (teſte ipſo Quintiliano) fieri adhuc, & excogitari poſſunt. Ideo non eſt mirandum, ſi ego quas correxerim, ſiquidem ipſe Cicero quos libros de hac oratoria facultate adoleſcens ſcripſit, in ætate ſua perfecta fuiſſe imperfectos faſſus eſt, quia nouiſsima quæque emmendatiſsima. Notandum etiam, multas earum cadere frequenter in eaſdem ſententias, idque cum magna venuſtate. Et item monitum haberi velim huius facultatis ſtudioſum, illis vtendum eſſe parcè, & cùm res poſcit, vt oratio iucundior fiat. Qui enim immodicè, & ſine iudicio eas adhibent ipſam illam venuſtatem varietatis amittent. Igitur danda opera eſt, vt nec ſint multæ ſupra modum, nec eiuſdem generis, aut iunctæ, aut frequentes, quia ſatietas vt paucitate earum, ita varietate quoque vitatur. Id de nobilioribus figuris intelligendum eſt, de vulgaribus enim, & crebrioribus, ſine quibus nulla poteſt eſſe oratio, non loquimur. Conſiderandum eſt, quid locus, quid perſona, quid tempus poſtulet. Et ſciendum eſt, maiorem partem harum figurarum poſitam eſſe in delectatione. Sed vt illarum, quæ adhuc ad noſtras aires peruenere fere nulla intacta relinquantur: etſi poetica, vitioſaue appendix fiat, de illis, quæ præter has ſeſe offerre ſolent apud autores.

AP-

Appendix ſecunda de figuris poeticis ex doctrina Deſpauterij.

Dictio transformata poetæ ſit Metaplaſmus.

Metaplaſmus eſt transformatio quædam recti, ſolitique ſermonis in alteram ſpeciem metri, ornatus, neceſſitatis ve cauſa, Cælicolum, Induperator, dicier. Vocatur etiam Pathos. Nam Georgius Valla ſic ait: *In ſyllabis figura omnis Pathos dicitur, vt Mathateſis, Apocope, &c.*

Adijce principio quicquam, ſic Protheſim edes.

Protheſis appoſitio quædam ad principium dictionis literæ, vel ſyllabę. Vt *Gnatus* pro natus, *tetulit* protulit, *aſtat* pro ſtat. Sic Terentius:

Numquam huc tetuliſſem pedem.

Et Virgilius:

Ardnus armatus medijs in menibus aſtans.

Adijce quid medio, ſin fiet Epentheſis aptè

Epentheſis eſt appoſitio ad mediam dictionem literæ, vel ſyllabæ, vt *velliquias* gemino l. *Induperator.* Hanc nonnulli Parentheſim vocant, authore Donato, alij Pleonaſmon, teſte Diomede; quidem Epecthaſim. Iuuenalis:

Quales tunc epulas ipſum glutiſſe putamus
Induperatorem. Virgilius pro Marte:
Sanguineus Mauros clypeo increpat, &c.

Digitized by Google

Georgius Valla hanc figuram partitur in Anadiplosim, & Epectasim. Anadiplosis est eiusdem literæ iteratio metri causa, vt *relligio, relliquiæ, reduco, rellatus, rettulit, reppuli, repperi.* Epecthasis in media dictione syllabæ addictio est, vt *nauita* pro nauta, *alitulisis* pro alisis.

Adijce fini pulchram facies Paragogen.

Paragoge est appositio literæ, vel syllabæ ad finẽ dictionis. Hanc alij Paralepsim, alij Prolepsim, vel præsumptionem vocant. Sic Donatus. Diomedes verò Proparalepsim, quamquam nil differre credat. Et est sic: *Dicier* pro dici, *poteſtur* pro potest, *adesdum, agendum, egomet, tutè, huiusce, hæccine.* Despauterius Adesdum, & cætera Parelcon nominat de sententia Donati, sic enim hoc versiculo.

Quod nihil ad sensum facit, esto Parelcon vbique.

Sed si hoc attendas, omnes hæ figurę poeticæ dignæ sunt hoc nomine. Ipse etiam egomet &cæt. Idiophalim, vel Allophilim vocat, quæ est reciproca constructio.

Aufer quid capiti, vates, vt aphæresim edas.

Aphæresis est ablatio de principio dictionis literę, vel syllabæ contraria Prothesi. Vt apud Ouidium: *Pone metum*, pro depone, & Virgilius: *Non temnere Diuos*, pro contemnere.

E medio quicquam tollas, ita syncopa fiet.

Syncopa est ablatio literæ de medio dictionis, & item ablatio syllabæ. Est ergo contraria Epenthesi. Vt *audacter* pro audaciter, *commorat* pro com-

memo-

memorat. Sic Donatus. *Vsus autem orationis magister efficit, vt audacter non audaciter dicamus.* Diomedes asserit, *nantes* pro natãtes dici per Syncopam. Sed veriùs *amasti* pro amauisti, *audisti* pro audiuisti etiam apud Oratores.

De fine demens nostris haud versibus apta est.

Apocope est ablatio literæ, vel syllabæ de fine dictionis cõtraria Paragogæ. *Consili* pro cõsilijs, *Sili* pro Silij. Exempla, quæ afferunt probus, Donatus, & Diomedes nec in vsu sunt, nec poetas inuenies, qui illis fuerint vsi, præter *Achili* Achilis, *Vesperug*, pro vesperugo.

Ectasis extendit tibi iure, puer, brebiandam.

Ectasis est productio accentus contra dictionis naturam, vt Baptista Mantuanus:

Perdidit, & fracto passa est naufragia clauo.

Sic Manilius:

Incubuit pontus, timuit naufragia telas.

Virgilius: *Italiam fato profugus.* Idem: *Exercet Diana choros.* Idem rursus: *Pecudes, pictæq; volucres.* De quo Quintilianus: *Volúcres media acuta legã, quia etsi natura breuis, tamẽ positione longa est.* Iuuenalis:

Pallida labra cibum capiunt digitis alienis.

De hac figura intelligendus est Antonius:

Breuibus pro longis vtuntur sæpe poetæ.

Alio nomine hæc dicitur Diastole.

Producenda foret, quam sistola corripit ipsa,

Sistola est contraria superiori, correptio syllabæ contra naturam verbi. De ea sic ait Antonius:

Pro longis breuibus vtuntur sæpe poetæ.

Digitized by Google

Virgilius: *Oſtupui, ſtéterunteque comæ.*

Syllaba per binas diuiſa Diereſis eſto.

Diereſis eſt diuiſio vnius ſyllabæ in duas, quod contingit in dipthongis. Enius: *Olli reſpondit rex Albai longai.* Pro Albæ longæ: Virgilius: *Aulai pictai*, pro Aulæ pictæ.

Syllaba debinis eſt facta ſynereſis vna.

Contraria ſuperiori eſt Synereſis conglutinatio duarum ſyllabarum in vnam, vt *Phaenthon* diſſyllabon pro triſyllabo, *eripedem* tetraſyllabon pro penthaſyllabo, authore eſt Donatus cum Diomede.

M. necat Ellipſis, ceu vocalem Synalepha.

Ellipſis, vel Ecthilipſis eſt eliſio. M. literæ cum vocali antecedenti, quando altera vocalis ſuccedit initialis dictionis ſubſequentis. Synalepha eſt interemptio vocalis præcedentis, quando tali vocali finit dictio, & altera vocali incipit. Sunt qui Synalepham vocant Syncreſim. Sed melius diſtinguntur, vt Synalepha ſit in diuerſis dictionibus, Synereſis in eadem.

Anthiteſis fiet tibi, litera ſi varietur.

Anthiteſis eſt poſitio literæ pro litera, vt *olli* pro illi, *quom* pro quum, *maxumè* pro maxime. Et teſte Diomede, & Probo, *Impete* pro impetu. Alij malunt ab *Impes* rectè id inflecti. Georgius Valla Methalepſim vocat, vt *Pulydamas Vpilio aduleſcens* pro Polydamas, Opilio, adoleſcens. Niger ponit figuram huic cognatam Craſim, cùm duæ vocales in eadem dictione, poſitæ in vnam ab illis alienam vertuntur, vt *ola* pro *aula.*

Est Meta nempe thesis, si transponas elementum.

Metathesis est transformatio literarum in alium locum, nulla litera edictione sublata, vt *Euandre, Tymbre, puere* pro Euander, Tymber, puer: authore Seruio cum Donato, & Diomede. At Priscianus copiosè probat, hos vocatiuos rectè formari a nominatiuis Euandrus, Tymbrus, puerus.

His iungatur Hypermetria, quãdo abundat versus vna syllaba in fine, quæ postea est prima versus sequentis. Virgilius:

Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem,
& silijs vndam.

Nec est necesse sequentis versus dictionem subsequentem a vocali incipere. Nam Horatius:

Grosphe non gemmis, neque purpura venale, nec auro.

Inter poeticas etiam annumeranda est Echo, quãdo in versiculis Echo respondens syllabis vltimis vltimæ dictionis complet sententiam. Policianus dicit apud Græcos frequentiorem esse, iuxta illud Martialis:

Nusquam Græcula quod recantat Echo.

Et ponit exemplum Græcè, & Latinè, sed Latinũ referam, quod tale est:

Echo chara mihi assona aliquid quid?
Amo puellam, illa verò non me amat. amat.
Faciendi tempus occasionem non patitur patitur.
Tu igitur ipsa dic, quod amo amo.
Et fidem ipsi peccuniarum tuda tuda.
Echo quid reliquum, an voto potiri potiri.

Scitum est illud Ouidij in fabulis libro 3.

Dixerat

Dexerat hic, quis adest, & adest responderat Echo.
Hinc coemus ait, nullique libentius vnquam
Responsura sono, coeamus retulit Echo.
Ante ait emoriar, quàm sit tibi copia nostri,
Retulit illa nihil, nisi sit tibi copia nostri,

Horatius ipsam appellat iocosam imaginem, & Ouidius ipse eam diffinit sic:

Nec sinit, incipiat, sed quod sinit illa parata est,
Expectare sonos, ad quos sua verba remittat.
& totidem, quot dixit verba recepit.

Martialis eiusmodi versiculos, vt supinos, & superuacuos, ac multi laboris notat; sed si rarò, & apto tempore, loco ve, ipsis ludas non inconcina esset eloquutio, sed gratum carmen.

Præpostura quidem mutata Parallaga *fiat.*

Prothesеon, Parallaga, aut Parallage, est propositionum mutatio, cùm altera pro altera ponitur. Terentius: *Propter dormias*, id est, prope. Ac si exempla desideras, lege paruulum codicem a Didaco Mexia discipulo nostro editum, & desiderio satisfacies. Has tibi hoc loco tradidi, tum quid ad eloquutionem, etsi poeticam, spectare est certum, & quandoque apud oratores inueniuntur, etsi rarò; tum quòd his ipsis nominibus etiam figuræ multæ Rhetoricæ appellantur, nequando tibi occurrant, amphibologia nominum labores. Et nequid figurarum intactum relinquamus; etiam de illis, quæ ad Grammaticam spectant sumus dicturi.

Appendix tertia de figuris Grammaticis.

ENaloge figura est, cùm pars vna orationis pro altera ponitur; hoc est, quando aduerbium loco nominis, vt *instar montis equum ædificant, satis iam verborum est, Instar mihi omnium est. Plato.* Sat, & satis frequentissimè reperiuntur. Nomen pro aduerbio, vt *Nihil admè attinet*, ideſt, non attinet; & multa nomina comparatiua aduerbialiter sumpta inuenies. Hæc dictio *Multùm* sæpissimè obuia erit, & *Multa* aliquando in plurali. Quod verò vsitatissimum est verbum infinitum vicem gerens nominis substãtiui, vt *amare* pro amore, *docere* pro doctrina. Cicero: *Quam turpis est assentatio, cùm viuere ipsum turpe sit nobis.* Fit etiam Enallage in attributis partium orationis, quæ accidentia appellantur, etsi tunc habeat aliud speciale nomen. Quando casus ponitur pro casu, Terentius: *Commigrauit huic viciniæ*, pro in hanc viciniam, & tunc dicitur Antiptosis iuxta doctrinam Despauterij:

Antiptosis erit, pro casu ponito casum.

Quando numerus pro numero, & genus pro genere; sensus potiùs quàm verborum ratio habetur. Vt Virgilius: *Pars in fruſtra secant.* Terentius. *Vbi ille est scelus?* & tunc dicitur Synthesis. De ea Despauterius:

Synthesis haud vocem, sed cernit significatum.

Quan-

Digitized by Google

Quando modus pro modo, tempus pro tempore, nihil moror. Quando prima persona euocat ad se secundam, vel tertiam, aut secunda tertiam expres sè, vel subintellectè, dicitur Euocatio. Virgilius: *Ego ille. Roges* pro roget aliquis. Appositionē, sunt qui Grammaticam figuram constituant; ego autē ad Rhetoricas refero, & ideo de illa hîc nec vnū quidem verbum fit, nec de Zeugmate, & quę illud comitantur. Archaismus est constructio, qua prisca vetustas potissimùm vsa est. Terentius sic

Nescio quid profectò absente nobis turbatum est domi. Cicero: *Hanc sibi rem sperant præsidio futurum.* Et quā do Comicus dicit; *Ego cupidus illius videndi*, cum dictio illius sit generis fœmenini, vt ex adiūctis perspicuum fit, & in alijs apud Comicos.

Helleuismus est constructio, quæ Græci sermonis, non Latini leges obseruat. Hoc contingit pluribus modis, tribus præsertim. Primo, quando relatiuum conuenit cum antecedente genere, numero, & casu; nam sic se habet hæc concordia apud Græcos, etsi non præponatur. Vt illud Lucilij ad Ciceronem:

Cùm scribas, & agas aliquid eorum, quorū consueuisti; pro quæ consueuisti, vt Latina lex præcipit. Sic illud Virgilij:

Vrbem, quam statuo vestra est; pro vrbs. Non tamē illud Terentij, vt quidam falsò arbitrati sunt: *Populo vt placerent, quas fecissent fabulas.* Hoc enim admodùm Latinum, quia præponitur relatiuum, vt illud Ciceronis: *Quos cùm misseram pueros.* Et alia. Secun-

do, quando nomen adiectiuum determinat verbum infinitum, hoc enim proprium Græcorum est. Virgilius: *Docti*

æra ciere viros, Martemque accendere cantu.

Horatius: *Celerem iraſci.* Et alia ſimilia. Tertio, quando quæ debebant eſſe in ablatiuo ponuntur in gignendi, accuſandiue caſu. Horatius: *Integer vitæ, ſceleriſque purus*: pro vita, & ſcelere. Virgilius: *Os, humeroſque Deo ſimilis*, pro ore, humeriſq; Et alia, quæ frequentiſsima ſunt apud poetas.

Dulce ridentem, dulce loquentem, & alia huiuſmodi dicunt eſſe etiam loquutiones Græcas, ſed ego latinas conſidero, vel adiectiuum pro ſubſtantiuo, vel aduerbialiter per Enallagem. Et quando gignendi caſus iungitur adiectiuis, dicunt eſſe Helleniſmum, quod mihi nullo potuit placere modo; quia ita communis loquutio eſt, vt merito dubitem, an alia frequentior. Sed tamen vt vocabula ſunt communia aliqua, ſic erunt & aliquæ conſtructiones communes. Eadem cauſa numquam mihi potui perſuadere, has conſtructiones eſſe proprias Græcorum: *Nolo eſſe longior, mihi negligenti eſſe non licet.* Dicam tamen eſſe cõmunes tam Latinis, quâm Græcis. Hebraiſmus etiam inuenitur inter Latinos præſertim in libris ſacris, & apud noſtros Theologos, quando phraſibus, vel conſtructione Hebreorum vtuntur. De quo Hieronymus Oleaſter in Penthatheucum Moiſi inquit: *Quoniam vnaquæque lingua ſuas proprias phraſes, adagia, idiotiſmos, & id genus figuras habet, quæ ſæpius ſenſum*

Digitized by Google

ſubitò verba facere Latina in maximam cateruam Barbariſmorum, Solæciſmorum, & Barbaræ lexis incidebant. cùm ex tempore, & nullo ſumpto ſpatio ad cogitandum, illam profunderent orationẽ. Quando mea patria Almedina florebat opibus, & nobilitate humanarum literarum ſchola vigebat; multa mihi memorant horum vitia celeberrima contigiſſe. Ex quibus exempli gratia duo triaue referam.

Quidam puer, ne pœna in non ita loquentes lata puniretur, ſignificare volens, quod leges, dixit in hunc modum: *O Domine quam redondum andas cum tuis calcis follatis, ſi antè aca veniſes videres vnum porcum tan granden quia non cabebat per iſtun forun.* Cui alter reſpondit: *Tu quid garlaris ſi porcun vidiſti, ego engullibi multarum morcillarum, quæ ſapiunt mihi magis bene.* Quidam, rogante magiſtro, quiſnam ſtrepitũ feciſſet, & hoc materna lingua, cùmque ipſe puer cogeretur reſponſum præbere latio ſermone; dixit: *Domine, per iſtam crucem, quia non cruxiui, non ego ſum tam deſcuidatus, vt iſtum facerem.* Sed abhinc paucis diebus in hanc ſcholam noſtram quidam adoleſcens Gallus ingreſſus eſt admodum loquax, quẽ omnes audientes iudicabant cum ipſo poſſe comparari Cicerone præelegantia, & proprietate Latina. Sed breui ſpatio temporis quid proloqueretur aduertentes non pautiores Solæciſmos, ac Barbariſmos, prolixam denique Barbaram lexim notarant. Non enim aliud expectandum eſt nobis abhis, qui inconſideratè ipſam maternam linguam

exercent, nedum Latinam. Plura exempla refert Palmirenus ridicula, & festiua.

Acyrologia est impropria dictionis vsurpatio absque tropica virtute. De ea Despauterius:

Impropriè sumptum verbum dicatur Acyron.

Cuius exempla mihi non probantur, nam quando Virgilius inquit:

Hunc ego si potui tantum sperare dolorem. Et:

Si genus huamnum, & mortalia temnitis arma:
At sperate Deos memores fandi, atque nefandi.

Vbi sperare pro timere ego non Acyrologiam iudico, sed Anthiphrasim, Euphonismon. Et quando Terentius dicit: *Accede ad ignem hunc* pro meretrice: ne Acyrologiam putes, quia elegantissima Methaphora est optima cum constantia. Sequitur enim: *Iam calescet plus satis.* Acnologiam ego appellabo Methaphoras illas. quæ aliquo illorum vitiorum notabilium peccant, vt *Respublica castrata, Mõs belli,* & id genus alia.

Pleonasmus est adiectio superuacua ad plenã significationem. De eo Despauterius:

Omne superuacuum Pleonasmus ritè vocatur.

Vt. *Sic ore loquuta est. Vidi oculis ipse meis.*

Virgilius: *Vocemque auribus hausi.*

Huiuis loquutionis sunt partes, seu modi Perisologia, & est adiectio verborum sine vlla vi rerum. Vt: *Ibant quá poterant; quà non poterant non ibant.* Plautus: *Hi, qui stant, hi stant, hi ambo non sedent.* Et Macrologia.

Macrologia sermo nimium prolixus habetur.

Digitized by Google

occultant, idem ſæpiſſimè habet Hecraica lingua. Quare enitendum eſt, vt hos peculiares modos loquendi (quos vocant Hebraiſmos) perdiſcas, ne ob eorum ignorantiam in loco etiam claro te cæcutire contingat. Hæc ille, & ponit exemplorum copiam per ordinem Alphabeticum, quæ poteris videre, ſi vis.

Hiſpaniſmus etiam reperitur apud Latinos, quãdo modos loquẽdi Hiſpanorum imitantur, quod contingit aliquibus modis, de quibus Doctor Gregorius Lupus de Madera (nunc clauum ſupremi magiſtratus Toleti tenens, & antiquiſsimus iudicum de crimine, qui vulgò noſtro appellantur Alcaldes de caſa y Corte) in opere de Monte ſancto Granatenſi. Cuius doctrinam poteris videre, & quod ego trado in mea Eloquentia Hiſpana. Sed ſi deſideras vnum, aut alterum exemplum, illud Ouidij Saphi poetricis ſit:

Non facit ad lacrimas barbitos illa meas.

Sudare mella, & multa alia verba neutra per Hiſpaniſmum facta fuere actiua. *Dolet mihi caput* & alia. Ad vitioſas progrediamur loquutiones.

Appendix quarta de figuris vitioſis.

PRima ſit Soleciſmus, de quo Deſpauterius:

Eſto Soleciſmus vitioſa oratio quæuis.

Authores docent quatuordecim modis Solæciſ-

mum cõmitti, ſed ego paucioribus dicam. Quoties concordia deeſt, vel regimen, nec aliqua figura alia excuſatur, contingit hoc vitium. Iuuenalis carpit vxores nimis doctas, quæ Soleciſmos maritorum notant, ſic:

Solæciſmum liceat feciſſe marito.

Hoc eſt, quamuis barbarè loquatur, nec ſeruet regimen, nec concordiam. Martialis Solæciſmum demonſtrat ſic:

Vnus cùm ſitis, duo, Caliodore, ſedet is.
Surge, Soleciſmum, Calliodore, facis.

De Barbariſmo, & Barbara lexi, Deſpauterius:

Barbariſmus eſt, quiſquis ſcribendo, ſiue loquendo
Verbum corrumpit. Peregrinum eſt Barbara lexis.

Barbariſmꝰ fit duobus modis. Vel pronũciãdo longa accẽtu breui, vel breuia lõgo, vel ſcribẽdo pluribus, vel pautioribꝰ ſeu diuerſis literis, quibus ſcribendæ eſſent dictiones. Martialis in Cinnamum:

Cinnam, Cinname, te iubes vocari;
Non eſt id rogo, Cinna Barbariſmus.
Tu ſi Furius ante dictus eſſes,
Fur iſta ratione diceveris.

Item ſi ſcribas *Vonus eſcriwo*, pro Bonus ſcribo. Item ſi ponas verba barbara, vt *perla*, pro vnione & alia id genus.

Barbara lexis eſt oratio ex pluribus Barbariſmis conſtans. Hanc ego etiam Koiſmum, vel Soroiſmum appello, eò quod eiuſmodi loquutio ſimilis eſt Horatiano o monſtro.

Quando præceptores diſcipulos compellebãt

ſubito

Quæ eſt longa ſententia res non neceſſarias comprehendens. Quintilianus: *Legati non impetrata pace, vetro domum, vnde venerant abierunt.* Alia exempla, quæ hîc ab authoribus ponuntur, potiùs ſunt Periphraſes pulcherrimæ, quam Macrologiæ. Et etiam Thautologia, de qua:

Thautologos verbis variis rem ſignat eamdem.

Diuerſorum verborum, aut orationum eamdem rem ſinificantium inculcatio. Vt: *Egomet ipſe ve venio, exultans redeo, gaudenſque reuertor.* Alia etiam exempla, quæ authores ponunt, potiùs ad Periphraſim, vel Synonimiam, vel Auxeſim reduces. Et nũc iudicabis Synonimiæ diffinitionem a nobis tradi tam, cùm dixerimus, verba congregari non idem omnino ſignificantia, ſed fere idem augendo, minuendouè, vel ſaltem explicãdo. Nam ſi idem omnino ſignificarent, non Synonimia figura eſſet exornationis (vt eſt, & ex elegantiſsimis) ſed vitioſa eſſet, & non alia a Tautologia.

Polyſyndeton alijs figura exornans, mihi vitioſa videtur. De eo Deſpauterius:

Copula multiplicata facit Polyſindeton vſque.

Eſt oratio multis nexa cõiunctionibus. Virgilius.

Athamaſque, Thoaſque, Polideſque, Neptolemus,
Primuſque Machaon. Idem Virgilius:
Tectuque, laremque, arma que, Amiclenmque canem,
Creſſamque pharetram.

Amphibologia eſt compoſitio, quæ vitioſa fit ambiguo ſenſu.

Amphibolon dubius Romanis ſermo ſentur.

Fit

Fit plurimis modis,& primo eſt notandum, aliam eſſe dictionis,aliam orationis.Dictionis eſt,quando vocabulum eſt Analogum, & Ambiguum, ita vt neſcias de proprio,vel de tropico ſignificato dicatur. Vt *Taurus* ſignificat multa, animal ſcilicet cornibus petens,& id propriè;abuſibè verò quemdam montem, radicem quamdam arboris,vnum ex duodecim Zodiaci ſignis, & denique nomen proprium viri eſt. Apud Dialecticos hæc vox Canis eſt æquiuoca ob Amphibologiam. Orationis etiam multis modis.Primo,cùm prouenit a gemino accuſatiuo in modo infinito. Vt illud: *Aio te, Aeacide, Romanos vincere poſſe.* Et his reſponſionibus Dæmon in oraculis Ethnicos illudebat. Et etiam extra infinitum.Vt illud: *Video ſtatuam auream haſtam tenentem.*

Dubium enim eſt,an haſta,ſtatuaue aurea ſit,& quæ quam teneat.Et inter accuſatiuum,& nominatiuum ratione inflexionis.Vt illud Terentij: *Adeo vno animo omnes ſocrus oderunt nurus.* Sed ſi meum ſenſum licet aperire;hîc poeta induſtrius,& ſciens vſus fuit amphibologico ſermone, vt ſignificaret odium ſocruum in nurus, & nuruum in ſocrus.Apud Hiſpanos poetas aptè accommodata maxime exornationis habetur. Gemino datiuo committitur ſic:*Tibi ſeruiendum eſt mihi.* Ab ablatiuo procedit ita:*Numi accipiendi ſunt a me a te.* Quomodo amphiboliæ hæ diſſoluantur,a Grãmaticis iam didiſceris.

Tapinoſis eſt, quando rei magnitudo, & grauitas

tas humilitate, seu paruitate significantis dictionis minuitur, vt si quis hominem maximis, & plurimis sceleribus obrutum *nequam* tantum vocet Aliqui ponunt pro exemplo illud Virgilij: *Armato milite complevit*, Sed non est Tapinosis, sed Synedoche singularis pro plurali. Et illud, *vexare rates*, Gelius negat etiam esse Tapinosim, eiusque doctrina mihi placet, quia verbi proprietas ad illud extenditur, quod illi desiderant. Despauterius:

Magna Tapinosis tenui sermone recludit.

Æschrologia est vitio compositionis in verecunda oratio, & compositio verborum obscænæ significationis, aut vnius verbi obscæna significatio, aut pronuntiatio.

Compositionis fit, vt *Dorica castra*. Vnius verbi, aput Salustium: *Dactabat, & arrexit animos.* Obscena significatione. Id spectat etiam ad vitia Metaphorę causa turpitudinis. Et ab hac non potui disquirere, quo differat modo Cacophaton. De quo sic:

Est Cacoritephaton quicquid sonat haud bene nobis.

Et ideo eandem iudico figuram iuxta doctrinam, & exempla Diomedis, Seruij, Donati, & Despauterij.

Cacozelia ab omnibus inter vitiosas constituitur figuras, eo quod redolet affectationem, non optimam iuxta illud:

Esto Cacozelon prauaffectatio nobis.

Itaque erit quoties abutimur figuris exornãtibus affectuosè nimio tumore. Virgilius:

Iupiter, oppæsens, cæli qui sydera torques,
Ore tuo dicenda loquor. Idem:
Aureus axis erat, temo aureus, aurea summæ
Curuatura rotæ radiorum, argenteus ordo,
Perinæa Chrysoliti, positæque ex ordine gemmæ.

Hæc Diomedes. Et Quintilianus dicit: *Quam tumida nimis exilia, prædulcia, acersita, & exultantia, & vt breui dicam, quoties vitia virtutem ingenium iudicio caret*, & specie recti decipitur (iuxta præceptum Horatianum) committitur Cacocelia, & vitiorum est pessimum; quod frequentissimum est ingenijs adolescentum lasciuientis ætatis, qui vix prauum a recto discernunt, & quid hoc, vel illud sit agnoscunt, quo ad multi temporis experientia eos per docet rectum, & verissimum confirmat.

Cacosyndeton est vitiosa dictionum compositio. De eo versiculus iste:

Haud bene compositum Cacosyntheton esto Latinis.

Donatus dicit: *Cacosyntheton est indecens structura verborum.* Idem sentit Diomedes, & ambo hoc exemplum constituunt Virgilij:

Versaque iuuencum
Terga fatigamus hasta. Quintilianus appellat malè collocatum. Hæc ego hic docui, quia opposita ad vnam, atque eamdem facultatem spectant, vt vitium cognitum vitetur. Sed iam æquum erit, vt ad exornationes sententiarum progrediamur.

CAPVT

Caput 11. de figuris sententiarum petitionis, aut responsionis.

PArens nostræ Eloquentiæ Romanæ in Oratoris libro tertio, hoc discriminis esse inter conformationes verborũ,& sentẽtiarum asserit;quòd verborum ornatus tolitur,si verba mutaueris sententiarum permanet,quibuscũque verbis vti velis. Et figura sententiæ sic diffinitur,quæ est in totius orationis comprehensione separata à communi modo loquendi. Sunt igitur sententiarum figuræ in quatuor genera diuisa, scilicet Petitionem,seu Responsionem, Fictionem, Abruptionem,& Amplificationem. Sed tamen non omnia sub his membris (vt dicemus) comprehendi possunt.

Optatio sit prima, & est voti significatio. Cicero:*Vtinam aliquando dolor populi Romani pariat, quoniã iam diu parturijt.* Virgilius:

Sic tua Cyrnæas fugiant ex anima taxos.

Ad optationem refertur Salutatio, qua benebolum animum erga aliquem salutãdo significamus. Virgilius:

Salue fatis mihi debita tellus. Antonius Nebrissensis:

Salue parua domus, paritev saluete penates.

Huius ordinis est imprecatio, Execratio, seu Pereia, qua alicui aliquid sinistri imprecamur. Terentius: *Vt te quidem Dij, Deaque omnes cum isto inuento perdiderint.*

Illa Ouidij imprecatio in Ibim, & si admodum prolixa, est pulcherrima, quæ incipit sic post deprecationem:

Quasque ego transiero pœnas, patiar, & illas,
Plenius ingenio sit miser ille meo, &c.

Deprecatio, seu Deesis etiam Optationi est coniungenda; quando opem alicuius imploramus. Cicero: *Hoc nos metu Cai Cæsar per fidem, & constantiam tuam libera.* Hac ad Deum homines, & res alias, etsi inanimas nos referimus, & sic semper commutatur Anastrophem. Cicero: *Vos Albani, tumuli, atque luci, vos in quam imploro.* Illa Quidij est celebris:

Dij maris, ac terræ, quique his meliora tenetis,
Inter diuersos cum Ioue regna polos,
Huc præcor, huc vestras omnes aduertite mentes,
Et finite optatis pondus inesse meis.

E alijs quatuordecim versibus Deprecatio amplificatur. Qua etiam inuocamus. Hinc Virgilius: *Musa mihi causas memora.*

Addubitatio, Dubitatio, seu Aporia est, cùm perplexi, animoque dubij hæsitamus, quidnam potissimum inter duo, plura ve dicendum, aut faciendum; itaq; præse fert soliciti animi affectum, cùm quærimus vbi incipiendum, vbi desinendum. Cicero pro Cluentio: *Equidem quod ad me attinet, quò me vertam nescio. Negem fuisse infamiam iudicij corrup-*

Digitized by Google

ti,&c. Liuius in persona Publij Scipionis egregiã Addubitationem inducit cum Subiectione loquẽtis sic: *Apud vos quemadmodum loquar, nec consilium, nec oratio suppeditat, quos neque quo nomine quidẽ appellare debeam, scio; ciues? quia patria vestra discidistis, an milites? qui imperium auspiciumque abnuistis, sacramenti religionem rupistis; hostes? corpora, ora, vestitum, habitum ciuium agnosco; facta, dicta, consilia, animos hostium video.* Et illa Ouidij sæpe repetita:

Sic quia posse datur, diuersas reddere causas,
Quó ferar ignoro, copiaque ipsa nocet.

Communicatio, seu Anacænosis huic est contermina, & consimilis. Quando alium consulimus, & cum eo deliberamus, quid faciendum, aut quid factum oportuerit. Differt a superiori, quod illic apud nosmetipsos, hîc cum alijs rationem inimus. Cicero: *Tu denique Lubiene, quid faceres in tali re, ac tempore; cùm ignauiæ ratio re in fugam, atque latebras impelleret, improbitas, & furor Lucij Saturnini in Capitolium accerseret: Consules ad patriæ salutem, ac libertatem vocarent; quam tandem authoritatem, aut quam vocem, cuius sectam sequi, cuius imperio potissimùm parere, velles.* Alio loco cum iudicibus sic Cicero:

Si vos in eo loco essetis, quid aliud fecissetis?

Interrogatio, seu Erotima est, quoties non scisciandi, sed instandi gratia interrogamus. Cicero: *Quousque tandem abutère, Catilina, patientia nostra? & potère tua consilia non sentis?* Interrogamus etiam, quod negari non potest, aut vbi respondendi difficilis est ratio, vt vulgò vti solemus, *Quomodo? Qui fieri po-*

est? aut inuidiæ, aut miserationis causa. Virgilius:

Heu, quæ nunc tellus (inquit) quæ me æquora possunt
Accipere? Et conuenit indignationi. Idem:
Quisquam numen Iunonis adoret.

Et admirationi, Idem:

Auri sacra fames, quid non mortalia pectora cogis?

Est etiam acrius imperandi genus. Idem Virgilius:

Non arma expedient, totaque ex urbe sequentur,

Et ipsi nos met rogamus. Ipse in persona Turni:

Quid agam? aut quæ iam fatis ima debiscat.
Terra mihi? Despauterius:
Quæstio Erotima interrumperata figuras.

Responsio figura est, cùm aliud interroganti ad aliud, quia sic vtilius sit, occurritur, tùm augendi criminis gratia, vt *testis interrogetur an a reo fustibus vapulasset?* Et *innocens, inquit.* Tum declinandi, quod est frequentissimum. *Quæro, an occideris hominem? Respondes, latronem.*

Subiectio, Antipaphora, vel Prosapodosis est, cùm orator vel interrogat se ipsum, & sibi respondet; vel cùm alium interrogauerit nõ expectat responsum. Cicero pro Ligario: *Apud quem igitur hoc dico? nempe apud eum, qui, cùm hoc sciret, tamen antequã vidit, reipublicæ reddidit. Et domus tibi deerat? at habebas. Pecunia superabas? at egebas.*

Sunt autem interrogandi, ac respondendi sibi non non ingratæ vices. Ad Herenium: *Quibus rebus fusus tibi tantopere places? an patria? at ea barbara est; an*

gene-

Digitized by Google

genere? ad id obscurissimum est; an ingenio? at istud tibi natura stupidissimum contigit. Valerius Maximus: *Quantæ amplitudinis Agrippam Menenium fuisse arbitremur, quem senatus, & plebs pacis inter se faciendæ authorem legit? Quantus scilicet esse debuit arbiter publicæ salutis.*

Sunt qui alios Subiectionis modos constituãt, quos ego consultò omitto, quia vel hoc comprehenduntur, vel reducuntur ad alias figuras.

Occupatio, præoccupatio, seu Prolepsis est alicuius quæstionis reprehensio, & ante occupatio. Inuenitur plerũque in exordijs orationum, & proœmijs operum. Cicero: *Credo ego, vos, iudices, mirari, quid sit quod cùm tot summi oratores, hominesque nobilissimi sedeant; ego potissimum surrexerim, qui neque ætate, neque ingenio, neque authoritate sim cum ijs, qui sedeant, comparandus.* Deinde subdit causas excusationis, & satisfacit obijciendis. In Verrem: *Siquis vestrum, iudices, aut eorum, qui adsunt, forte miratur.* Pro Cælio: *Siquis fortè nunc adsit. &c.* Et sic in alijs locis; sed frequentius, & aptius in exordijs. Ibi enim eiusmodi quæstiones dissoluendæ sunt; in orationis corpore Subiectione meliùs vtemur.

Caput 12. de Figuris Fictionis In Sententijs.

PRosopopœia est omnium figurarum huius ordinis princeps. Latinè dicitur Sermocinatio, vel

rei alicuius fictio. Est ergo ficta personarum inductio; per quam cuiuscunque generis res vocem, & sermonem accipiunt, seu illis sensus internus, vel externus, corpus; & aliud huius generis tribuitur. Hæc apud pictores, & poetas æquè versatur; apud Oratores non ita frequenter. Quando signa Zodiaci animalia finguntur; tempora anni, quatuor mundi partes, & alia id genus forma humana pinguntur: ad Prosopopeiã pertinet. Quando Virgilius famam, Prodicus voluptatem, & virtutem, Ouidius inuidiam, Alciatus occasionem; hi, & cæteri poetæ in similibus Prosopopeia vtuntur. Plenique sunt illius, quia schema hoc est grauissimũ eloquutionis lumen. Hac aduersariorum, & nostros cum alijs sermones introducimus credibiliter; & suadendo, laudando, obiurgando, querendo, miserando personas idoneas damus. Et mortuos excitare in hoc dicendi genere concessum est. Vrbes etiam, populique voces accipiũt, in quibus hoc modo mollior fit figura. Cicero: *Sicilia tota si vna voce loqueretur, hoc diceret.* Valerius Maximus: *Ipsæ literæ obstupiescunt.* Rursus Cicero: *Si mecum patria, quæ mihi vita mea est multò charior, Si cuncta Italia, si omnis respublica sic loqueretur: Marce Tulli, quid agis?*

Sed in hac figura quædam magna eloquentiæ vis desideratur. Falsa enim, & incredibilia natura necesse est, aut magis moueant, quia supra vera sunt, aut pro vanis accipiantur, quia vera non sunt. Poetica apud Horatium poteris multa videre tota

Digitized by Google

ſatyra octaua libri primi; ibi enim imaginem Priapi loqui poeta fingit. In ſequenti dialogiſmum inter ipſum, & quendam importunum, moleſtum, & garrulum introducit. In ſecunda libri ſecundi Ofellum ruſticum de parſimonia præcepta tradentem facit. In ſequenti Damaſippum omnes mortales inſanos eſſe aſſerentem inducit. Et in Odis Architam Tarentinum, & viatorem proponit. Et alia multa habet exempla. Virgilius nulla in pagina illis non abundat, ſed hoc ſufficiat, pro multis, cùm Dido inquit:

Dulces exuviæ, dum fata, Deuſque ſinebant
Accipite hanc animam, meque his exoluite curis.
Vixi, & quem dederat curſum fortuna, peregi;
Et nunc magna mei ſub terras ibit imago.
Dixit.

Vno verbo Proſopopeiam concludit. Sed in huius Schematis vſu maximè ſeruare decorum oportet; hoc eſt, vt ficta perſona dicat, quod ſi viua adeſſet, diceret. Nam idcirco ab alijs Ethopeia dicitur, quod mores alienos ad viuum effingat. Hæc figura triplici modo contingit, vel rectè, vel obliquè, vel mutè. Recta eſt, ſi perſona inducta, tamquam ſi adeſſet, dicit quod ei tribuitur, cuiuſmodi ſunt exempla poſita, & aſſignata. Obliqua quādo author dicit, quæ dici potuiſſe videretur a perſona ficta. Huius exempla ſunt in Cæſaris cōmentarijs. Numquam enim illic rectæ ponuntur contiones, ſed quid potuit aliquis dixiſſe, obliquo ſermone deſcribitur. Quod proprium hiſtoriæ eſt, vt

asserit Trogus Pompeius, qui Liuium, & Salustium reprehendit, quòd contiones directas pro sua oratione operi suo inserendo, historiæ modum excesserint. Muta est, cùm cogitationi vocem tacitam obseruari fingimus. Cicero in Verrem: *Occurrebat illa ratio: Quid, Cleomeni, fiet? Potero ne animaduertere in eos, quos dicto audientes esse, iussi? missum facere eum, cui imperium, potestatemque permisi? potero ne eos afficere supplicio, qui Cleomenem sequuti sunt? potero ne in eos esse vehemens, qui naues inanes non modò habuerunt, sed etiam apertas. In eum dissolutus, qui solus habuerit constratam nauem, & minus exinanitã? Pereat Cleomenes vna. Vbi fides? vbi execrationes? vbi dextræ, complexusque?*

Huc referunt quidam Dialogismum. Hanc additionem debes Patri doctissimo Francisco de Castro. Sed aduerte in Dubitatione, Subiectione, & Interrogatione sæpe hunc inueniri modum Prosopopeiæ. De qua Despauterius:

Fingere personam, res est percrebra poetæ.

Prosopopeiæ modus specialis est Mimesis, quę dicta tantum alienæ petit, & representat. Tale est illud Phædræ vocem, & verba Thaidis apud Terentium imitantis:

At ego nescibam, quorsum tu ires, &c.

Hæc etiam appellatur Mysterissimus Ironię modus, si eiusdem verba irridens obiiciat; vt dicemus infra.

Ironia, seu illusio, aut Dissimulatio non est tropus, sed sententiarum figura, & ideo inter ip-

Digitized by Google

sas a Cicerone, Quintiliano, & plurimis authoribus numeratur. Est fictio totius voluntatis, quando aliquam rem irridentes, ludibrioque habentes contrarijs verbis eam tractamus, Cicero pro Ligario: *Nouum crimen Gai Cæsar, & ante hunc diem in audiendo propinquus meus edite Q. Tubero detulit, Q. Ligarium in Africa fuisse, idque Caius Pansa præstanti viro ingenio (fretus fortasse ea familiaritate, quæ est ei tecum) ausus est confiteri. Itaque quò me vertam, nescio. Paratus enim veneram, cùm tu id neque per te scires, neque audire alibunde potuisses, vt ignoratione tua ad hominis salutem abuterer.* Virgilius:

Egregiam verò laudem, & spolia ampla refertis
Tuque puerque tuus magnum & memorabile nomen,
Vna dolo Diuûm fœmina victa duorum est.

Valerius Maximus: *Illi etiam prædiuites, quibus aratro accersebantur, vt consules fierent, voluptatis gratia sterile, atque æstuosissimum Pupinia solum versabant.*

De ea Despauterius:

Illudens recte, sermo Ironia vocatur.

Habet aliquos modos, & ex eis est Sarcasmus, iracunda quædam irrisio præ animi dolore. Terentius: *O bone custos salue, columen verum familiæ, cui commendaui filium hinc abiens meum.* Virgilius:

En agros, & quam bello, Troiane, petisti
Hesperiam metire iacens. Despauterius:

Hosticus irrisus nobis Sarcasmus habetur.

Alius modus est Asteismus, quicquid vrbanitate satisfacta exprimitur. Virgilius:

Qui Bauium non odit, amet tua carmina, Mœui,

Atque idem iungat vulpes, & mulgeat hircos.

Atque multa in persona Cæsaris Cicero refert in Oratore. Despauterius:

Simplicitas Astrismus erit, si rustica desit.

Modus alius est Mycterismus, cum quodam risu, & contractione narium subdola illusio, & quamuis differat ratione irrisionis a Mimesi, fere semper simul inueniuntur, & vnum, atque idem est vtriusque exemplum. Repetas hic, quod discrimen assignauimus in Sacra.

Debes etiam huic annumerare figuræ duplicis sermonem sensus; quando verba prima facie occurrentia leguntur, & laudem sonant; arti modum legendi mutes, conuitijs plena sunt; vt illud Castillexi in Hispana, & in Latino disthico antiquo idem annotatur ornatus:

Laus tua, non tua fraus, virtus, non copia rerum
Scandere te fecit hoc decus eximium.

Retro lege; sensum contrarium sonabit sic:

Eximium decus hoc fecit te scandere rerum
Copia, non virtus, fraus tua, non tua laus.

Hypotyposis, Enargia, Euidentia, Illustratio, Suffiguratio, Demonstratio, Descriptio, Effictio, Deformatio, Sublectio sub oculos, Illustris explanatio a Cicerone dicta, est quando persona, res, locus, tempus, aut aliud quicquam, tum scribendo, tum dicendo, ita verbis exprimitur, vt oculis cerni, ac geri coram potius, quàm audiri, aut legi videatur. Cicero in Verrem: *Ipse inflammatus scelere, ac furore in forum venit, ardebant oculi, toto ex ore*

crude-

crudelitas emicabat. Nec solum, quæ facta sint, aut fiant, sed etiam, quæ futura sint dicendo exprimimus. Cicero quę facturus esset Clodius, si prætura inuasisset, in oratione pro Milone significat. Aliquando intererit proponere talia, Cicero: *Hæc quæ non vidistis oculis, animis cernere poteritis.*

Differt ab Ethopeia, quia illa in recta Prosopopeia, hęc in obliqua se offert.

Emphasis, seu significatio est, cum plus significationi relinquitur, quam verbis exprimitur. Virgilius:

Demissum lapsi per funem. Item:

Iacuitque per antrum immensum, Et:

Srabant equi stabulis altis.

Vnde altitudinem equorum, prodigiosam Cyclopis magnitudinem, proceritatem Grecorum intelligi datur. Despauterius de ea:

Emphasis est sensus maior, quàm verba recludant.

Quintilianus duas species esse docet. Alteram, quæ plus significat, quàm dicit, vt in exemplis positis. Alteram in voce, aut in suppressione illius. Cicero pro Ligario: *Quod si in tanta fortuna bonitas tanta non est, quam tu per te, per te inquam, obtines: intelligo quod loquor. Tacuit illud, quod nihilominus intelligitur, non dè esse homines, qui ad crudelitatem impellerent.*

Noema, siue intellectus est cùm testè significamus, quod auditor ex se diuinet; vt Hortensius negabat, se vnquam cum matre, aut sorore redijsse in gratiam. Vbi intelligitur, numquam illi cum matre, aut sorore incidisse dissidium. Martialis:

Nubere Paulla cupit nobis; ego ducere Paullam
Nolo; anus est. Vellem, si magis anus esset.

Intelligitur, quia nimia senectute citò periret, & ego hæres illius essem. Huius figuræ pars est Liptote, de qua Despauterius:

Liptote erit, quoties plus significans, minus dicit.

Hinc dicimus: *Haud parum doctus*, id est, admodum doctus. Virgilius: *Munera nec sperno*; hoc est, mihi placent. Martialis:

Bis quarum decies non tota rubuit annus.

Horatius: *Iudice te, non surdidus autor.*

Neuma etiam figura huius ordinis est, cùm per vocem non perfectam perfectam lætitiam, tristitiam ve maximam significas. Vt Bachanalibus hac ista voce *Aeue, Aeue.* Et in triumphis, *io, io, io triunfe, io triunfe.* Hoc exemplum est Horatij, apud alios enim raro reperitur.

Precisio, Reticentia, Interpretatio, sive Aposiopesis est, cùm oratio truncatur, & ex modo proferendi infertur, quid relinquatur in audientium iudicio. Virgilius:

Quos ego? sed motos præstat componere fluctus.

Cicero Tironi: *Primum quid omnes Graeci.* Terentius: *Ego te illam? quae illum? quae me? me non?* Hoc discrimen est inter Aposiopesim & Sinedochen, quod in omni Aposiopesi necessariò inuenitur Sinedoche, non tamen in omni Sinedoche Aposiopesis.

Præteritio, Prætermissio, Paralepsis, Apophasis, vel Parasiopesis: est cùm fingimus vel nolle, vel nō

Digitized by Google

posse dicere aliquam rem, vel ob prolixitatẽ eius vel quia nota omnibus, & ne fastidio sit, & denique dicimus summatim id quod fingimus velle præterire. Cicero: *Neque ea dico, quæ si dicam tamen inficiari non possis, te antequam è Sicilia discesseris in gratiam redisse cum Verre.* Virgilius:

Quid repetam exustas Ericino in littore classes?
Quid tempestatum regem, ventosque furentes
Æoliæ excitos, aut actam nubibus Irim?

Huc pertinent similationes illæ, quæ ad audiendum id, quod dicitur, adhibentur, cùm ostẽdimus, rem tantam esse, vt verbis exprimi non possit, & longius tempus ad dicendum postulet. Cicero: *Diés iam me deficiet, si quæ dici in hanc sententiam possunt, conor expromere, de corruptelis, de adulterijs, de proteruitate, de sumptibus immensa oratio est.* Virgilius.

O Dea, si prima repetens ab origine pergam,
Et vacet annales nostrorum audire laborum;
Ante diem clauso componet vesper Olympo.

Permissio, vel Pitrope est, cùm alicui rei vehemẽter confidimus; & ostendimus, nos eam tradere, atque concedere alicuius voluntati, & plerumque incipit ab Ironia. Virgilius:

I, sequere Italiam, pete regna perundas.

Et alibi: *Hesperiam metire iacens.*

Iuuenalis: *I, ventis animam Committe.*

Terentius: *Profundat, perdat, Pereat.*

Cicero: *Sed ego iam, iudices, summum, ac legitimum causæ ius omitto; vobis, quod æquissimum videatis, vt cõstituatis permitto.*

Concessio, vel Synchorisis est, cùm id quod cõ ceditur, stat a nobis, vel certè non nocet, sed aduersarium vrget. Cicero: *Sit sacrilegus, sit fur, sit flagiciorum princeps, at est bonus Imperator.* Idem: *Habes, igitur, Tubero, (quod est accusatori maximè optandum,) confitentem reum.* Hæc figura differt à superiori, quòd illa indictis, hæc indictis, & argumentis est; cùm aliquid damus, quod alias sibi postulat, vt patet.

Color est figura fictionis; Simulata permissio, immo obliqua defensio suspectæ causæ, vel perperam factæ. Cicero: *In altera parte ita res est a Lucio Luculo administrata, vt initia illa gestarum rerum magna, atque præclara non felicitati eius, sed virtuti; hæc autem extrema, quæ nuper acciderunt, fortunæ, & felicitati.* Horatius:

Me Capitolinus conuictore vsus, amicoque
A puero est, causaque mea per multa rogatus
Fecit, & incolumis lætor quòd vixit in vrbe.
Sed tamen admiror, quo pacto iudicium illud
Fugerit. Idem:
Hic nigræ sucus loliginis, hæc erugo mera.

Imago, siue Icon est formæ cum forma ex quadã similitudine collatio. Despauterius:

Est Icon, quoties formæ bene confero formam.

Varia nomina huic figuræ indidere authores. Appellant enim illam Auticon, Icasmon, Catatyposim. Alij volunt inuolutam esse cum Hypotyposi. Cicero: *Repente etiam te, tamquam serpens é latibulis, oculis eminentibus, inflato collo, tumidis cervicibus intuli sti.* Virgilius hoc in schemate frequentissimus est,

Digitized by Google

ad quod referes Parabolam, de qua sic:

Iure disertus erit, quisquis rem comparat apte.

Hæc est rerum genere dissimilium comparatio. Cicero: *Vt aiunt, in Græcis artificibus eos auloedes esse, qui Citaredi esse non possunt: sic nos videmus, qui Oratores euadere non potuerunt ad iuris studium deuenire.* Diomedes appellat Parabolam Similitudinem, alij Cõparationem, Quintilianus exemplum, quod Græcè dicitur Paradigma. De eo:

Exemplum facti, vel dicti sit Paradigma.

Hoc fit aut hortando, vt illud Virgilij:

Antenor potuit mediis elapsus Achiuis
Illiricos penetrare sinus. Aut dehortando sic:
At non sic Phrygius penetrat Lacedæmona pastor,
Ledeamque Helenam Troianus vexit ad vrbes.

Caput 13. De Figuris Sententiarum Abruptionis.

DIgressio sit prima, quæ etiam excursus, vel Parechasis dicitur. Et est cùm a re proposita in aliam non omnino alienam abrumpimus, vel excurrimus. Si sit breuis admodum, dicitur Parenthesis, de qua iam diximus.

Si autem longior, aliqua præmonitione præmunitur, ne inconsiderati, & imprudentes alias res a-

gere

gere videamur; & cùm tota excursin facta est, sæpe adhibetur clausula, quę reditum ad significat ad id, vnde digresa erat oratio. Cicero longa, & elegantissima oratione Siciliam, & Siracusas depinxit. Salustius in bello Iugurtino de Philenorum aris texit narrationem. Sed a doctis repræhenditur, quòd nihil ad historiam.

Fieri solet, vel laudandi, vel vituperandi, vel exornandi, & quandoque delectandi gratia. Erit vitiosa, si nimis sit prolixa; si cum re, de qua agitur, nullo modo coliæreat.

Solet inserta inueniri sæpe cum Prosopopeia recta, & aliquando cùm obliqua. Exempla longiora sunt, quàm hic libellus continere potest, & ideo sufficit dixisse qui, & quibus partibus illa suas exornent orationes.

Auersio, Apostrophe, seu Abruptio Antonoma sicè, est quando sermo a recto, & naturali cursu ad aliud quicquam conuertitur, vt ad Deum, ad cœlum, ad terras, ad homines, ad sydera, ad syluas, ad lucos, ad solitudines, & ad se ipsum; fereque semper comes est Exclamationis. De ea Despauterius:

Versus ad absentem dicetur Apostropha sermo.

Quando in se ipsum, inuenitur in illa Euocatio, & Alcothea secunda proxima persona. Dido apud Virgilium:

Infælix Dido, nunc te fata impia tangunt.

Intelligendum verò ad personam incertam. Ipsa:

Exoriare aliquis nostris ex ossibus vltor,

Qui

Qui face Dardanios, ferroque sequare colonos.

Hîc est secunda pro tertia persona.

De alijs modis sunt innumera exempla, quæ tu (si curiosus) notabis.

Correctio sententiarum (nam de verborum iam diximus) est propositæ sententiæ reprehensio. Cicero: *Italiam ornare, quàm domum suam maluit; quamquam Italia ornata, domus ipsa mihi videtur ornatior.* Huc pertinet sui ipsius reuocatio. Virgilius:

Sed quid ego hæc autem nec quicquam ingrata reuoluo?

Reticentiam, seu Præcisionem multi collocant inter has. Sed ego capite superiori constitui. Neque quòd sic mutem sedem, & capita in figuris, videar tibi alios damnare. Vnusquisque enim in suo sensu abundat, & suam quisque sententiam iustissimè amplectitur. Nec deerit excusatio mihi, nec vlli illorum, iuxta Ouidium:

Est tamen & ratio, Cæsar, quæ moueris illum,
Erroremque suum quo tueatur habet.

Tu, lector, perpende, quid tuo animo satisfaciat.

Caput 13. de Figuris, quæ in sententijs ad Amplificationem spectant.

EXclamatio primum locum teneat, quæ est Orationis vehementior elatio. Signũ eius *O, Proh, Heu, En.* Cicero: *O frustra suscepti mei labores! O spes fallaces, O cogitationes inanes! O tempora! O mores.* Horatius:

Eheu fugaces, Postume, Postume, &c.

Habet interim admirationem. Vt: *O clementia admirabilem.*

Admittit & considerationem, & commiseratio nem. Virgilius:

En, quò discordia ciuer perduxit miseros;
En, quibus consenimus agros.

Huc etiam refertur Acclamatio, seu Epiphonema cum his fere signis, *Tantus, sic adeo, eo.* Virgilius:

Tanta molis erat Romanam condere gentem.

Idem: *Adeo in teneris consuescere malum est.*

Horatius:

Sic leue, sic parum est animum quòd laudis auarum.
Subruit, ac reficit.

Cicero: *Vsque eò illa, quæ dicenda de iustitia parabat, anitæ consuetudine, & ciuitatis moribus abhorrebant.* Valerius Maximus: *Tanti erario nostro virtutis Atticæ exemplum, quo impiis etas Romana gloriabatur, stetit.*

Exclamatio mouet acriores affectus, si loco, & tempore opportuno adhibita; nam extra tempus molesta est.

Exordiri ab Exclamatione non licet, nec in re frigida vocem tollere; sapit enim insipientiam. Verùm vbi res magnas Orator persuaserit, vbi iam a-

Digitized by Google

nimos auditorum inflexerit: Locus erit exclamationi, quam tamen neque frequentem, neque diuturnam esse oportet.

Sustentatio, seu Paradoxon est suspensio sentẽtiæ, cùm res magna dicitur, quæ suspendit animos audientium, vt aliquid maius, aut minus obijciat in opinatum; & fere semper concludit præter opinionem expectantium aliud ab illo, quod resultad. Huius figuræ celebre exemplum est illud apud Martialem:

Mentitur, qui te vitiosum, Zoile, dixit;
Non vitiosus homo es, Zoile, sed vitium.

Cicero in Verrem: *Quid deinde? quid censetis? furtum fortaßе, aut prædam aliquam?*

Deinde, cùm multùm suspendisset iudicum animos: subiecit quod multò esset improbius. Aliquãdo etiam cùm expectationem alicuius rei orator concitauerit; ad aliquid, quod leue sit, & nullo modo criminosum descendit. Hoc exemplis notandis ab studioso constabit. Sed non est prætermittendum elegantissimum illud Martialis:

Credis ob hoc me, pastor, opes forte asse rogare
Propter quod vulgus, crassaque turba rogat;
Vt Setina meos consumat gleba ligones,
Et foueat nouenis compede Tuscus ager.
Vt Mauri Libicis centum stent dentibus orbes,
Et crepet in nostris aurea lamna foris;
Nec labris, nisi magna meis Crystalla terantur,
Et faciant nigras nostra Falerna nives;
Vt Canusinatus nostro Cyrus ußere sudet,

Et mea sit culto sellacliente frequens
Aestuet vt nostro madidus conuius ministro,
Quem permutatum nec Ganymede velim;
Vt lutulenta liniat Tyrias mihi mula lucernas,
Et Masyleum virga gubernet equum.
Est nihil ex istis (superos, ac sydera testor)
Ergo quidi vt dovem, Pastor, & edificem.

Pulcherrimum epigrammà tropis, & figuris admodum exornatum considera, & eius paradoxicam perpende conclusionem.

Licentia, seu Parrhesia est cùm apud eos, quos vereri, aut metuere debet Orator, aliquid pro suo iure dicit, quod eos minimè offendat, & sic libertate, atq; fiducia liberiùs affectũ suũ exprimit. Cicero pro Ligario: *Vide quã nõ reformidẽ, vide lux libertatis, & sapiẽtiæ tuæ mihi apud te dicẽti oboriatur, quantũ potero vocem contendam, vt hoc populus Romanus exaudiat. Suscepto bello, Cæsar, gesto magna ex parte, nulla vi coactus iudicio meo, ac voluntate ad ea arma profectus sum, quæ erant sumpta contra te.* Etiam in prima, & secunda Philippica vtitur sæpius Cicero hac figura.

Hyperbole amplificationis figura non est tropus, quia verba in sua proprietate pónuntur ad amplificandam orationem; & sic fere semper in Comparatiuis, & superlatiuis inuenitur tum augendo, tum minuendo. Virgilius sæpissimè, & ideo vnum hoc ex eo sufficiat exemplum: *Fulminis Ocior alis.* Cicero: *Quæ Carybdis tam vorax? Carybdim dico, quæ (si fuit) fuit animal vnum. Occeanus medius fidius, vix videtur, tot res, tam dissipatas, tam distantibus locis posi-*

Digitized by Google

tas tam citó absorbere potuisse. Hinc etiam dicimus: *Nigrior pice, candidior niue, durior saxo, Cicerone eloquentior, Salomone sapientior, melle dulcior,* & alia id genus, quæ dinumerare velle impossibile est. Sed tam in augendo, quàm in minuendo, debet seruari mensuara quædam. Nam etsi omnis Hyperbole est vltra fidem; non tamen esse debet vltra modum. Despauterius de ea:

Excessus fidei manifestus Hyperbola fertur.

Addamus his amplificationibus illam, quæ fit per nomina comparatiua, quando compatio non cum suismet positiuis fit. In illis enim nescio quid suauitatis, lepòris, & venustatis notaui. Horatius:

O matre pulchra filia pulchrior.

Virgilius: *O fama ingens, ingentior armis.*

Martialis: *Et quamuis tetrico tristior illa viro.*

Vbi Tetricus propositiuo valet, quia idẽ est, quod tristis.

Prouerbium, Adagiũ, seu Paremia est celebre dictum antiquitate temporum, & doctorum virorum authoritate commendatum; sed nouitate accommodationis orationem exornans. Vnde iure optimo, & merito a nobis collocari debet in numero schematum amplificantium illam. Despauterius de illo meminit, & diffinit sic:

Sermo procul notus festiua Paræmia fertur.

Celebritas Adagiorum ex oraculis numinum, sapientum dictis, scena (hoc est Tragicorum, & Comicorum actis) fabulis, epistolis, euentu, historijs,

Digitized by Google

apotegmatibus, verbo temere dicto, ex moribus, consuetudine, ingenio, natura gentis, vel hominis alicuius, aut etiam animantis, & exquapiam vi rei insignis profecta, & vulgo nota Adagio locum fecit, quod schema exornans est. Eorum volumē magnum Erasmus author damnatus ordinauit. Quam necessaria sit cognitio Adagiorum ipse te docebit. Conducunt, & pertinent Adagia ad multas res, ad quatuor præsertim, ad persuadendum, ad philosophandum, ad ornatum orationis, & ad intelligendos optimos quosque authores. Hinc constat partem Paræmiæ esse Apotegma, celebre & insigne dictum ob grauitatem sententiæ. Vide Plularchum in Ethicis, opus enim composuit ex apotegmatibus constans satis eruditum.

Omnes amplificationes, quæ fiunt in vno quoque locorum Topicorum pertinent etiam ad exornationem amplificantem. Sed vt sedem argumenti consideres, Dialectica te docebit, si ornatum amplificationis, id Eloquentia sibi vendicat, vt Virgilius amplificat Iconem, vel similitudem sic:

Restitit Æneas, claraque in luce refulsit,
Os, humerosque Deo similis: namque ipsa decoram
Cæsariem nato genitrix, lumenque iuuentæ
Purpureum, & lætos oculis adflarat honores.
Quale manus addunt ebori decus, aut vbi flauo
Argentum, Parius ve lapis circundatur auro.

Cicero multas, & varias causas, propter quas multi essent ab eo alieniores iungit hoc modo: *Cum alij me suspitione periculi sui non defenderent, alij vetere*

odio

odio bonorum inuitarentur, alij inuiderent, alij obstare sibi me arbitrarentur, alij vlciſci dolorem ſuum aliquem vellent, alij rem ipſam publicam, atq; hunc bonorum ſtatum, oriumque odiſſent, & ob haſce cauſas tot, tamque varias me vnum depoſcerent. Ac ſi multàs locorum amplificationes deſideras: pater Cyprianus Suarez in libro primo ſuæ artis Rhetoricæ copiam tradet, ipſum adito.

Diſtributio, ſeu Meriſmus cùm aliquid in partes plures diſtribuitur, quarum cuiq; ratio ſua ſubiungitur, vt Rutilius ex Ariſtotele: *Alexandro Macedoni neque in deliberando conſilium, neque in præliando virtus, neq; in beneficio benignitas defuit, nam cùm aliqua res dubia, apparebat ſapientiſſimus, cùm autem confligendum eſſet cum hoſtibus, fortiſſimus; cùm verò præmium dignis tribuendum, liberaliſſimus.* Cicero: *Quid enim tam commune, quàm ſpiritus viuis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus ejectis? Ita viuunt, dum poſſunt, vt ducere animam de Cœlo nequeant, ita moriuntur, vt eorum oſſa terram non tangant, ita iactantur fluctibus, vt nunquam alluantur; Ita poſtremo ejiciuntur, vt ne ad ſaxa quidem mortui conquieſcant.* Subiectio quidem reperitur hîc inuoluta, quam aliqui ratiocinationem appellant diuerſam ab illa, quæ argumentatio Dialecticorum eſt.

Frequentatio, Congeries, ſeu Synathroiſmos, eſt cum res in tota cauſa diſperſæ vnum coguntur in locum, quo grauior, acrior, aut criminoſior fiat oratio. Adhibetur attollendæ rei gratia, & epilogis maximè conuenit. Cicero: *A quo tandem abeſt*

iste vitio? quid est, iudices, cur velitis illum liberare? fuæ pudicitiæ proditor est, insidiator alienæ cupidus, intemperans petulans, superbus, impius in parentes, ingratus in amicos, in festus in cognatos, in superiores contumax, in pares fastidiosus, in inferiores crudelis, denique in omnes intollerabilis. Neque in fine solùm, sed in alijs partibus, vbi longa aliqua disputatio non fuerit absoluta, hac figura auditorum memoriam excitare licebit. Et aliquando ob venustatem, quam inclusdit, etiam in epigrammatibus, etsi breuibus. Martialis sic:

Bella es, nouimus, & puella, verum est;
Et dines, quis enim potest negare?
Sed dum te nimium Fabulla laudas:
Nec dines, nec bella, nec puella es.

Commoratio, Expolitio, seu Exergasia est cùm vnam, atque eamdem rem alijs, atque alijs modis tractamus, & in ea inhæremus, & immoramur, ita tamen vt aliud, atque aliud dicere videamur. Cicero pro Flaco vituperans perfidiam ōnium Græcorum sic agit: *Testimonium, religionem, & fidem numquam ista natio coluit, totiusq; huiusce rei quæsit vis, quæ authoritas, quod pondus, ignorat.* Hoc postea alia facie ostendit sic: *Num illos idem putatis? quibus iusiurandum iocus est, testimonium ludus, existimatio vestra tenebræ, laus merces, gratia, gaudulatio posita est omnis in imprudenti mendatio.*

Auxesis, seu Amplificatio, quæ tam in verbis, quàm in sententijs fit, vel a maioribus ad minora, seu ad maiora a minoribus. Cicero in Verrem: *Fa*

Digitized by Google

cinus est viuere ciuem Romanum, scelus verberare, prope parricidium nec are, quid dicam in crucem tollere? Idē alio loco: *Aderat ianitor carceris, carnifex Prætoris, mors, terrorque sociorum, & ciuium Romanorum lictor Sextius.* Si commorationem, Congeriem, Sinonimiam & hanc Auxesim attentè consideres: tam paruum inuenies discrimen, vt fere nullum iudices. Ego verò quādo vnam earum inuenio, omnes inuentas arbitror etsi cōgeriescoacerbet iam dicta, quod non est opus tribus reliquis, sufficit enim, vt coniungant multa non prius prolata.

Præmunitio, Præparatio, seu Parascebe est figura, qua præparamus animos auditorū ad rem summam postea probandam. Vt Cicero pro lege Manilia probaturus CNeum Pompeium Imperatorem esse deligendum contra Mitridatem, præparat animos Romanorum initio cōmemorans Quintum Sertorium amicum Mitridatis ab eodē Pompeio in Hispania victum fuisse.

Confessio, seu Parhomologia est, cùm aduersario multa concedimus, ac vnum tandem inferimus, quod omnia priora euertit. Quintilianus: *Esto sanè, fueris illi aliquando amicus, eodem vsus Præceptore, in vno, eodemque versatus contubernio, iisdem studijs addictus, secretorum denique omnium conscius: an non hoc vno facinore turpiter perpetrato, tota inter vos gratia recidi potuit?* Hæc figura semper a concessione incipit.

Transitio, seu Metabasis est, cùm paucis monemus, quid dictum sit, & quid postea simus dicturi.

Continet octo modos. Primus sumitur ab æquali; vt, *Erant hæc iucundissima, nec minus voluptatis attulerunt illa.* Secundus ab inæquali; vt: *Audistis grauissima, audieris graviora.* Tertius a simili. *Hæc perfidia designauit, cuius generis sint illa, quæ nuper Romæ patrassе dicitur.* Quartus a contrario. *Hæc iuuenis peccauit, nunc senis virtutes audietis.* Quintus a diuerso. *De moribus habes; nunc de doctrina.* Sextus ab occupatione. *Iam ad reliqua properabimus, sed si prius vnum illud adiecerimus.* Septimus a reprehensione. *Quid his simile tor? ad id, quod est huius causæ caput festinet oratio.* Octauus a consequentibus, siue relatiuis. *Habes quid in illum contulerim beneficiorum, nunc quam gratiam mihi retulerit audi.* Omissione huius figuræ Mataſtasis multæ orationes aliàs pulcherrimæ, & elegantissimæ solent vitiari.

Adnotanda mihi hîc quidem videntur, quæ P. Cyprianus esse iucunda, & ad commendationem cùm varietate, tum etiam ipsa natura, plurimum valere affirmat; quę simplicem quandam, & non præparatam ostendunt orationem. Quæ quoniam nullum habent Latinum nomen, breuiter hoc loco explicabuntur.

In primis quasi pœnitentia ducti. Cicero pro Cœlio: *Sed quid ego ita grauem personam induxi.* Introduxerat enim Appium illum cæcum, qui pacem Pirrhi quondam diremerat, cum muliere fuę famiię parum pudica ex postulante. Sed si mea sententia quid valet, ego hunc loquēdi modum ad Correctionem reducerem.

Etiam

Etiam illa, quibus vulgò vtimur hoc modo: *Imprudens incidi.* Vel cùm quærimus quid dicamus: *Quid reliquum est? numquid omisi?* Et cùm aliqua velut ignoramus: Cicero in Verrem: *Sed earum rerum artificem quem? recte admones. Pulcherrum esse dicebant.* Sed ego suspicor hæc ad Dubitationem spectare. Item quando reponimus apud memoriam auditorum aliqua, & re poscimur, quæ deposuerimus. At hunc modum ego Depositionem memoriæ appello. Hæc omnia, & cætera dicta, & dicenda orationi velut varios vultus dant. Auditores enim varietate gaudent, & sicut oculi diuersarum aspectu rerum magis detinentur: ita & animi varietate; quæ illis aliquid præstat, in quod se velut nouum conuertant. Sed vt rè perficiamus; quod sermone, seu scripto promisimus: quicquid nobis circa figuras, & alias res ad Eloquutionē necessarias restare visum est, in appēdice discutiamus, & examinemus.

Appendix quinta disserit, & exponit, quod Eloquutioni de esse videtur.

NVmerus figurarum nec fuit olim certus, nec vnquam esse poterit (vt iam diximus ex do-

ctrina Ciceronis,& Quintiliani) quia quotidie nouæ figuræ possunt excogitari. Et quædam apud peritos huius linguæ sunt, quæ apud doctos alterius non inueniuntur. Nam sicut vna quęq; lingua suas phrases, constructionē, dialetō, & idioma proprium habet: sic & proprias figuras, quāuis multæ omnibus linguis sint. Cōmunes tribus præsertim Grękę, Latinę, & Hispanę. Sed nihilominus quę apud latinos ꝓprię, vel ciuitatę inueniātur, dicam°.

Descriptiones temporis, loci, generationis, pugnæ, & plurium rerum inter figuras a nonnullis numerantur. Sed nos id non sentientes iuxta doctrinam Nigri in Eloquutionis speciebus, quid sint declaramus sic. Primum sit hoc nomen Phrasis, quod significat sermonem eloquentem totius sententiæ significationem ostendentis.

Chronographia est temporis descriptio. Tale est illud Virgilij:

Vertitur interea Cœlum, & ruit Oceano nox.

Si descriptiones simul iunctas omnium partium temporis desideras: Virgilianas multas apud Rauisium Textorem in officina inuenies. Et huiusmodi descriptiones ad Periphrasim pertinent.

Topographia est loci vera descriptio. Virgilius:

Lucus in vrbe fuit media lætissimus vmbra.

Eiusmodi descriptiones sicum enargia pingantur, ad Hypotiposim pertinent. Hæc loci descriptio si omnino est ficta, appellatur Topothesia, vt illa Virgilij:

Est in secessu longo locus insula portum

Digitized by Google

Efficit. Hæc erit Prosopopeia.

Æ Tiologia est causæ reditio, vt illud eiusdem:

Ad Cœlum tendens ardentia lumina frustra:
Lumina, nam teneras arcebant vincula palmas.

Hæc conueniet subiectioni.

Ectasis (non illa poetica, de qua diximus) est longus in describendo discursus, vt in descriptione tempestatis apud Virgilium in Georgicis, & apud Persium, cùm incipit:

Hunc, Macrine, diem numera meliori lapillo.

Antilogia est verborum contradictio, aut refragratio. Virgilius:

Haud vnquam tibi fistula cera iuncta fuit.

Hæc idem est, quod Antitetos.

Cancasmos est risus solutus, vt apud Comicos, *Ha ha he hæ.*

Apologia, seu Apophasis est obiectorum responsio, vel excusatio. Virgilius:

An mihi cantando victus non redderet ille,
Quem mea carminibus meruisset fistula caprum.

Cacoetos est mali moris, aut consuetudinis malæ descriptio. Iuuenalis:

Exul ab octaua Marius bibit.

Catacrisis est alicuius facinoris cõdemnatio, vel indicatio. Idem:

Tum pendere pœnas Cecropidæ iussi.

Apotheosis alicuius mortalis in Deum relatio, vt:

Candidus insuetum miratur limen Olympi.

Catalogus est sermo rerum ordinem, & numerum ostendens. Ouidius:

Tres fumus in bello numero, sine viribus uxor,
Laertes senex, Telemachusque puer.

Elogium est alicuius rei testificatio vel honoris, vel vituperationis gratia, vt Elogium Solonis sapientis est, quo se negat velle suam mortem dolore amicorum lacrymis vacare.

Genealogia est alicuius generationis series descripta. Virgilius:

Hunc Fauno, & Nimphæ genitum Laurente Marica
Accipimus, Fauno Picus patrisque parentem
Te, Saturne, refert.

Genethliacon est natalis descriptio, vt illa Egloga Virgilij de natali Pollionis, quæ incipit: *Sicelydes Musæ*, &c.

Monomachia est duorum singulare certamen, quale Virgilius representat inter Aeneam, & Turnum. libro 12.

OEconomia est rei gubernandæ dispensatio. Virgilius:

Tu regere imperio populos, Romane, memento,
Hæ tibi erunt artes, pacique imponere morem,
Parcere subiectis, & debellare superbos.

Palillogia est dictorum ornata repetitio. Sed hæc nihil aliud est, quàm Cõduplicatio, cuius species, & exempla potest videre, si in cognitionem eius vis venire.

Stratagema est studium militare summa cura imitandum iuxta doctrinam Vegetij, cuius exempla apud Liuium, & in commentarijs Cæsaris inuenies plurima, apud poetas aliqua.

Parado-

Digitized by Google

Paradoxon est sentētia contra opinionem cōmunem. Reducitur ad sustentationem (vt diximus) & a Cicerone aliquę sententiæ hoc nomine editæ, & disputatæ fuere, quales sunt: *Sapiens solus liber*, &c.

Epauxesis est sententiarum incrementum idē, quod Auxesis, Synonimia, seu Exergasia, vt suo loco dictum est.

Pysiologia est rei naturalis descriptio, vt illud Horatij:

Albus vt obscuro deterget nubila Cœlo
Sæpe Notus, nec parturijt imbres perpetuos:
Sic tu sapiens finire memento tristitiam,
Vitæque labores.

Problema est propōsio interrogationem ānexam detinens. Plutarchus multa edidit ciuilia, & quædam naturalia. Aristoteles quàm plurima horum.

Epicedium est carmen funebre, & Seruius in Bucolicis testatur. Virgilius:

Extinctum Nimphæ crudeli funere Daphnim,

& tota illa Egloga, & tota Horatij Ode:

Cui desiderium sit pudor, aut modus.

Epitaphium est carmen cadaueri sepulto cātatum, & in lapide superiacente inscriptum. Apud Martialem sunt multa.

Epithalamium est carmen nuptiale, vt apud Catullum Claudianum, & Ausonium.

Protercticòn est carmen, quod instruit, & hortatur, vt in Horatianis Epistolis, & alijs eiusdem carminibus inuenitur hortatio ad virtutem, & res

honestas.

honeſtas.

Epinicium eſt carmen de victoria, vt eſt illud Horatij : *Nunc eſt bibendum, nunc pede.* Hæc Niger, quibus (vt omnia in promptu habeas) nomina alia tam operum poeticorum, quam orationum ſermone ſoluto adijciam. Ode eſt idem, quod cantus, quod etiam ſignificat Hymnus, & quamuis vtraque dictio generica ſit: ſumitur Ode pro carminibus illis, quæ Horatius Odas apellauit, Hymnus pro illis quos Eccleſia canit carmine compoſitos. Hæc carmina Lirica dicuntur, quia ad liræ ſonũ decantabantur.

Satyra carmen maledicum, & ad carpenda vitia inuentum, quale Lucilius, Horatius princeps, Iuuenalis, Perſius ſcripſere. Vnde autem nomen acceperit vide apud illos, qui de proprietate dictionum agunt. Carmen ſæculare, quod fiebat in honorem Appollinis, & Dianæ, quando ludi ſæculares celebrantur. Qui ita inſtituti fuere, vt non niſi centeſimo quoque anno fierent; etſi poſtea principum ambitione minore ſpatio interiecto, ſæpius fuerint inſtaurati. In his ludis præco pronunciare ſolebat populum Romanum eos viſurum eſſe ludos, quos nemo eius ætatis vmquam vidiſſet, aut viſurus eſſet iterum. Et carmina, quæ ad maiorem ludorum celebritatem componebantur, ſæcularia appellabantur, qualia apud Horatiũ nonnulla inuenies; ſed præcipuum illud quod vltimum in Odis collocatur, & incipit ſic:

Phebé, ſyluarumque potens Diana.

Digitized by Google

Egloga, seu Ecloga est carmen more colloquij, seu dialogi compositum, quale opus inuenitur celeberrimum apud Virgilium, quod etiam Bucolicum nuncupatur, seu pastorale, hoc est, a Bubulcis, quod pastorum genus maximo apud rusticos habetur in precio, & pastores illic carminibus illis interloquentes finguntur.

Elegia carmen miserabile, quo miserabiles hominum ærumnę, & amoris quærimoniæ solent decantari. Horatius in arte:

Versibus impariter iunctis querimonia primum,
Post etiam inclusa est voti sententia compos.

Impariter iunctis, quia hexametris, & penthametris. Ouidius huius carminis celeberrimus author, & princeps in Epicedio Tibulli:

Flebilis indignos Elegia solue capillos,
Ah, nimis ex vero nunc tibi nomen erit.

Propertius etiam fuit plurimus in hoc carmine. Epigramma est carmen breue, & compendiosum, & valet idem, quod superscriptio. At maximè floruit in hoc genere carminis Marcus Valerius, Martialis.

Emblema est epigramma, quod aliqua pictura comitatur, qualia Bartholomæus Annulus, Sambucus, Iunius Medicus, Alciatus, & alij composuere.

Inuectiua oratio est, qua in aliquem inuehimur, & maledictis detrahentes illius moribus, ingenium, aut vitam incessimus. Differt a Satyra, quòd illa versu, hæc fermone soluto vtitur. Tales sunt in

uectiuæ

uectiuæ illæ, quæ falsò Ciceroni, & Salustio alterius in alterum attribuuntur; & veræ actiones in Verrem, Antonium, Catilinam, & Clodium.

Panegiricus sermo erat ille, qui in conuentu populi, & sacris celebritatibus in laudem, & honorem Diuorum, Cæsarum, & imperatorum fiebant. Ideo genus orationis demonstratiuum Panegyricō appellatur. Ille celeberrimus, quem Plinius Secundus in commendationem rerum gestarum, miri ingenij, & morum suauissimorum Traiani habuit. Hæc sufficiant, vt progrediamur.

Caput 15. de Quadruplici sensu scripturarum.

NON extra rem esse huic disputationi, & doctrinæ hoc inserere caput putaui; quia non modo vtile, sed etiam necessarium esse ad intelligendas tam humanas, quam diuinas literas video. Et cùm in hoc tam verborum, quàm sententiarum sit ornatus mixtus: de vtroque simul dicere volui. Quadruplex sensus scripturarum sanctarum ex authoritate, & doctrina S. Thomæ a nobis in Eloquētia sacra expositus est; quotuplicem etiam in fabulis gentium esse cognoscemus Historicum, Allegoricum, Tropologicum, & Anagogicum; quorum vt manifestiùs constet Theologia Simbolica, fabularum exempla ponemus. Literalis,

lis, seu Historicus sensus est, qui res vt gestæ fuerint narrãt plano sermone, vt illud Ouidij de mundi creatione:

Ante mare, & terras, & quod tegit omnia Cœlum,
Vnus erat toto naturæ vultus in orbe,
Quem dixere chaos, rudis, indigestaque moles, &c.

Nec solum sensus literalis sic manifestus est, sed etiam Methaphoris, & alijs tropis figuratis inuenitur, vt in sacra docuimus.

Allegoricus sensus est alienus a litera, y hic fere in omnibus fabulis reperitur, aliud enim significare volunt, quàm sonant, vt pugna Gigantum aduersum Deos significatur vis tonitrùm, & fulminum, quæ cùm terræ filij sint, quia ex eius humectationibus genita, ipsum expugnare cœlum velle videntur suo fulgore, & strepitu. Est elegantissima illa Horatij, qui prosopopeiè nauium alloquẽs illius imagine rempublicam Romanã inducit sic:

O nauis, referent in mare te noui
Fluctus, O, quid agis? fortiter occupa
Portum; nonne vides, vt
Nudum remigio latus?
Et malus celeri saucius Africo
Antennæ gemant? ac sine funibus
Vix durare carinæ
Possint imperiosius
Æquor, non tibi sunt integra lintea
Non Di, quos iterum pressa voces malo,
Quamuis pontica pinus
Syluæ filia nobilis,

Iactes & genus, & nomen inutile
Nil pictis timidus nauita puppibus
Fidit: tu si ventis
Debes ludibrium: caue.
Nuper solicitum quæ mihi tædium
Nunc desiderium, curaque non leuis
Interfusa nitentes
Vites æquora Cycladas.

Efficitur fere semper ex Methaphoris cõtinuatis, vt hoc exemplo cõstat, Cicero etiam hac vsus fuit Allegoria quando dixit: *Sedebamus in puppi, clauumque tenebamus, vix iam est sententiæ locus*, &c.

Tropologicus sensus est, quando quod dicitur ad institutionem morum spectat, vt Danaes auri pluuia decepta nobis declarat vim pecuniæ, cuius cupiditate etiam honestę domi inclusæ mulieres vinci patiuntur, & corrumpi muneribus fere omnes ostendit; quod etiam monile Eriphilis Thebanæ indicat. Omnes illæ fictæ Prosopopeiæ ab AEsopo non in alium finem tendunt, sed mores hominum corrigere componere, & instruere intendunt, vt ex ipsarum moralibus constat.

Anagogicus sensus est, qui a visibilibus ad inuisibilia mentem ducit, vt per Ganymedis raptum contemplatio rerum diuinarum, & altissimarum diuinitatis supernæ, & spirituum Angelicorum, sacratissimorumque significatur. Quę omnia si exẽplis illustrata cupis: Bocatium de genealogia Deorum, & Natalem Comitem vide, nec non alios celeberrimos authores ænigmata, & sensum

multi-

Digitized by Google

multiplicem fabularum poetarum antiquorum enodantes, & enucleantes consule. Sed vt id manifestius fiat, quadruplex etiam fabularum genus capite sequenti explicemus.

Caput 16. De quadruplici genere fabularũ.

CVM Cælium Rodiginium virum antiquitate lectionum celeberrimum cõsuluissem visus est mihi suadere, vt hîc de fabula agerem affirmans, cognitionem illius necessariam esse eloquentibus, quinimo originem Eloquentiæ ex fabulis profluxisse, & ipsas veterem Theologiã appellat. Et ideo sunt, qui fabulam diffiniunt dicentes, esse exemplarem lectionem demonstratiuam sub figmento, cuius amoto cortice intentio fabulantis patet. Cælius Rodiginius in suis lectionibus antiquis illius triplex genus constituit, Bocatius quadruplex, cui assentior.

Primum igitur genus in cortice caret omni veritate, vt quando animalia bruta, & insensata poeta iuterloquentia inducit. Author harum per maximus fuit AEsopus, vir Græcus antiquitate, ac etiam grauitate venerabilis. Et quamquam his ciuile vulgus, agrestes etiam homines, pueri, & anus vtantur: Aristoteles philosophorum princeps aliquãdo suis inserere operibus non est dedignatus.

Alijque multi authores graues inuentis ab AEsopo addidere; & qui non eas finxere, illis sua exornare scripta curauere.

Secundum genus non numquam veritati fabulosa commiscet, vt illud filiarum Minei in vespertiliones conuersarum, Pierij in picas, & etiam quãdo Iupiter specie tauri Europam rapuit, in seque vectauit; ac plures illarum, quas suis in transformationibus Ouidius coniunxit, nescio quid fundamenti veritatis historicæ in se abscondunt, & operiunt.

Tertium genus apertiùs historiam redolet, quo celeberrimi poetæ diuersimodè vsi sunt, vt Homerus, Virgilius, & alij, & quidam ex Comicis honestiores scilicet, vt Plautus, & Terentius hoc fabularum genere vsi sunt.

Quartum denique genus est omnino fabulosum in superficie, & abscondito, nihilque vtilitatis in se continet, estque inuentio vetularum delirantium, & sic numquam illo vtendum erit; ac id suspicor a Cælio Rodiginio tamquam inutile explosum fuisse. Tribus vero primis omne scriptum poeticum, oratoriũ, historicum, ac ęthicum exornatur, quiuis sermo excolitur, & perpolitur. Ideo hãc fabulæ breuem doctrinã prętermittere nolui.

Caput 17. de pronũtiatione secũda Eloquẽtię parte.

Quia

QVIA Actio, seu Pronuntiatio, & Eloquutio sic se habent, veluti potentia, & actus; & quia potentia, quæ actu non perficitur, frustranea iudicatur, Pronunciationem secundam Eloquentiæ partem rectè multi bene cõsiderantes asserunt. Pronunciatio, vel actio dicitur id nomen a gestu, vultuque oris, illud a voce procedit. Hæc est pars, quæ in dicendo plurimum valet, & maximè prędominatur. Demosthenis summi Oratoris Græci sufficiat commendatio; quando quidem non dubitauit affirmare hanc in oratore primum, ac extremũ esse. Neque alia est doctrina Pronunciationis, quàm fuit Eloquutionis. Sed cùm constet duabus ex partibus voce, & gestu: vox ad aures, gestus ad oculos spectat. Ac vocis quidem bonitas aptanda est, sed tractatio, atque vsus est in nobis. Vocis mutationes totidem sunt, quot animorum, qui maximè voce commouẽtur. Itaque vtcunque se affectum videri velit orator, & animos auditorum moueri: ita certum vocis adhibebit sonum. Contenta igitur atrociter dicet, summissa leniter, inclinata grauiter, & inflexa dolenter. In motu obseruabit, nihil vt superfit; in gestu status erectus, & celsus, rarus incessus, nec ita longus, excursio moderata, eaque rara, nulla mollicies ceruicum, nullæ argutiæ digitorum, non ad numerum articulum cadens, nec similis trunco, virili laterum inflexione, brachij proiectione in contentionibus, cõtractione in remissis. Vultus secundum vocem plurimùm potest, multam tum digni-

Digitized by Google

tatem,tum venustatē affert. In quo cùm efficeris, nequid ineptum,aut vultuosum sit,tum oculorum est quædam moderatio. Nam vt imago est animi vultus,sic indices oculi,quorum & hilaritatis,& vicissim tristitiæ modum res ipsæ,de quibus agetur, temperabunt. Est denique Actio quasi quædam corporis Eloquentia.Hæc omnia desumpta ex Cicerone,& plura cupiēti ipse satisfaciet; ego enim breuitati studeo,& prolixitatis argui timeo. Quintilianus etiam dissertissimè,& copiosissimè Pronūciationis præcepta tradidit.

Motus verò regula sit nobis fidus amicus,qui liberè vitia notet, & qui iuxta doctrinam, & consilium Horatij,sumat animum censoris honesti. Itaque in omnibus, quę ad Actionem pertinent,doctorum semper iudicio vtendum est. Illud præterea Ciceroni,& Crasso maximè placuit,vt in exordio, & initio dicendi commouerentur auditores. Qui oratores summi,quamuis optimè dicerent, intelligebant, non numquam summis Oratoribus nō satis ex sententia euentum dicendi procedere. Proinde quod aliquando potest accidere, timebant ne tunc accideret; quia quoties quis dicit, toties de illo iudicatur. Deinde velut quandam impudentiam ostentat,qui cùm graue munus suscipiat, non pertimescat, & contremiscat, cùm silentibus cunctis,maximis de rebus sit audiendus. Nam saltem hac vna re commoueri debet, quòd adest fere nemo,qui non acutiùs, atque acriùs vitia dicentis iudicet, quàm recta videat, & laudet.

Digitized by Google

Itaque quicquid est id, in quo offenditur, id etiam illa, quæ laudanda sunt, obruit. Quare Cicero nō solùm initijs dicendi, aut re vera, aut studioſè cōmoueri ſolebat, ſed etiam id verbis teſtificari non aſpernabatur, vt pro Deiotaro, & libro ſecūdo Oratoris. Homerus quoque canit ſummum illum oratorem Vlixem oculis in terram defixis, ſceptro que immoto ſtitiſſe, antequam diuinam illam Eloquentiæ procellam profudiſſet. Quod Ouidius in eodem Vlixe eſt immitatus. Sed hic non omittendum præceptum, quod Quintilianus regulam auream appellat, & multarum inſtar fore affirmat, & a ſe inuentam experimento duce gloriatur; cùm a Perſio ſit repetitum, & ab Horatio his verbis commendatum, vt ſequitur:

Vt ridentibus arridet, ita flentibus adſunt
Humani vultus. Si vis me flere: dolendum eſt
Primùm ipſi tibi; tunc tua me infortunia lædent
Thelephe, vel Peleu; male ſi mandata loqueris,
Aut dormitabo, aut ridebo. Triſtia mœſtum
Vultum verba decent iratum plena minarum,
Ludentem laſciua, ſeuerum ſeria dicta.
Format enim natura prius nos intus ad omnem
Fortunarum habitum; iuuat, aut impellit ad iram;
Aut ad humum mœrore graui deducit, & angit;
Poſt effert animi motus, interprete lingua.
Si dicentis erunt fortunis abſona dicta
Romani tollent equites, peditesque cachinnum.

Horatium præcipientem quicquid ad veram actionem ſpectat cōſidera, & id docuit priùs quā Quin-

tilianus, & prior ambobus Cicero, cuius verba sunt: *Non me hercule vnquam apud iudices, aut dolorem, aut misericordiam, aut inuidiam, aut odium excitare volui; quin ipse in commouendis iudicibus ijs ipsis sensibus, ad quos illos adducere vellem, permouerem.* Et hæc de hac secunda parte dixisse satis sit.

Caput 18. de Methodo orationis.

Disputatio hæc ad Dialecticos spectabat; sed tamen cùm ipsi Rhetoribus alienos limites inuadentibus intactam relinquant, & admodum necessaria orationi sit nostra doctrina aliquibus manca videretur manere, si de illa non agerem us. Et non solum huius capitis præcepta, verũ & sequentium (præter vltimi) ab ipsis mutuabimur necessariò. Sed dicet quis, ob eam ipsam causam de cæteris Dialecticis, quæ ab alijs huic Rhetoricæ doctrinæ miscẽtur, nos agere debere. Cui respondere non grababor, cætera ex professo tractari, & disputari a Dialecticis, vt necessaria disputationibus eorum; hæc verò, quę ad orationem pertinent, ab ipsis omitti, & sic non esse cur ea a nobis disputentur, hæc tamen vt valde dicentibus necessaria disputare non fugiemus a Methodo incipientes.

Methodus est multorum, atque variorum argu

Digitized by Google

mentorum dispositio. Ea duplex est, altera doctrinæ, altera prudentiæ.

Methodus doctrinæ est dispositio variarum rerum ab vniuersis, & generalibus principijs ad subiectas, & singulares partes deductarum. Qualis ordo est huius nostri libelli. Posuimus enim diffinitionem artis Rhetoricæ, deinde partes, & quid quæq; contineat. Methodus prudentiæ pro conditione personarum, rerum, temporum, locorum consilium disponendi suppeditat. Hinc oratores sæpe ex industria (quia docendę sunt personę, quæ tamen doceri nolūt) rerum partitiones detrahunt narrationes differunt, reffutationes præponunt. Hinc illa obliqua principia, quæ insinuationes vocantur. Nam Cicero pro lege Agraria, cùm ad euertendam populi causam accessisset, longa, vtitur insinuatione, qua se maximè popularem fingit. Terentiana Thais cum ab irato Phædria impetrare vellet, vt biduum militi concederet nulla huius rei mentione facta longo sermone adolescentis animum circum duxit, donec omnia tuta existimauit, maxima etiam ex parte sibi Phedria conciliato, tum demum extremum posuit, quod ordine naturæ erat primum. Quo in genere non omittendę sunt transitiones, maximam enim perspicuitatem narrationibus afferre solent. Sic Virgilius cùm partitus fuisset opus Georgicorum in quatuor prrtes: proxima exposita subdit:

Hactenus arvorum cultus, & Sydera Cœli;
Nunc te, Bache, canam.

Digitized by Google

Partes igitur orationis in doctrinæ Methodo quatuor sunt, Exordium, Narratio, Probatio, Epilogus. Quarum duæ Narratio, & probatio ad rem docendam valent; Exordium, & Epilogus ad permouendos animos. De quibus singulis dicamus, quæ in nostram rem erunt.

Caput. 19. de Exordio.

EXORDIVM Principium, seu initium est oratio, quæ animum auditoris præparat ad audiendum. Solet fieri, aut palam, aut latenter. Nam cùm causa honesta, siue probabilis est: recto Exordio vtimur, si autem turpis, aut auditor est persuasus, aut defessus: circuitione vtimur, quam insinuationem vocamus.

In Exordio, seu Insinuatione igitur vt beneuolum, docilem, aut attentum reddamus auditorem elaborandum est.

Amicos, & beneuolos auditores facimus a persona, & a re ipsa. A persona nostra, si nostrum officium sine arrogantia laudauerimus, & quales in rempublicam, aut eos ipsos, qui audiunt fuerimꝰ, ostendemus; si nostra incommoda, inopiam, solitudinem, miserias, calamitatem proferemus. A persona aduersariorum, tribus modis. Nam si potentes sunt in inuidiam, si abiecti, & humiles, in contemptum; si turpes, & nocentes, in odium rapiemus. A persona auditorũ, si res eorum sine sus-

picione

Digitized by Google

picione assentationis laudauerimus. A re ipsa, si nostram extollemus, & aduersariorum deprimemus. Indigemus beneuolentia, cùm turpis causa est, aut cum aliqua turpitudine. Docilem reddemus auditorem summam rei breuiter, & dilucidè proponendo. Docilitas igitur in causis obscuris elucebit, si verbis, & sententijs perspicuis vtemur, ita vt auditorem nihil fugiat, nullius enim momenti erit ornatus, quem auditor per se non teneat, ac percipiat. Ex perspicuitate, & claritate quidem docilitas emanat. Attentum habebimus auditorem, si magna quædam proponemus, necessaria, noua, inaudita, ad religionem, rempublicam, aut ad eos ipsos, qui audiunt pertinentia; ac si rogabimus, vt attente audiamur. Cùm causa humilis est, & abiecta maximè attentione captãda grandescit, quod egregie præstitit Virgilius de apibus dicturus.

In genere demonstratiuo liberrima sunt proœmia. Nam aut ab historia, fabula, prouerbio, sententia, simili, aut ab officio, loco tempore, persona, a re denique ipsa exordiri licebit, vt fecit Cicero pro Marcello. In genere suasorio sunt, qui velint nulla esse exordia, quia illi, qui sunt audituri sua sponte parate accedant; sed quia est semper aliquid in omni re natutaliter primum; a persona, loco, tempore, & adiunctis commodè exordiemur. Vitia Exordiorum effugies, si Ciceronem obseruaueris dicentem: *Hisce omnibus rebus consideratis, tum id, quod primum est dicendum, postremò soleo consi-*

derare

Digitized by Google

derare, quo vtar exordio. Nam si quando id primum inuenire volui, nullum mihi occurrit, nisi aut exile, aut vngatorium, aut vulgare, aut commune. Hæc Cicero. Et quidem sunt vitia, quæ in Exordijs maximopere vitare curabimus. Idq; ostendit impetrari, si priùs reliquas tres orationis partes composuerimus disponendo, vt illis accomodatum applicemus principium. Hoc enim est, quod dicitur, ex viceribus causæ decerpi aptum Exordium.

Caput. 20. de Narratione secunda parte.

NARRATIO est rei factæ, vel tamquam factæ vtilis ad persuadendum dispositio. Debet esse breuis, dillucida, verisimilis.

Breuitatem hîc appello virtutem quandam in dicẽdo (aliqui inter figurarum exornationes cõstituunt) quæ ornatu, & elegantia non caret; in qua nec redundat quicquam, nec deest. Quam virtutem multi dum sequi conantur, specie recti decepti fiunt obscuri breuitatis præcepta ignorãtes. Breuitas enim, quæ tenebris rem operit, vitium maximùm est, quod dicitur Laconismus. Breuis igitur (vt oportet) erit Narratio, si non a primo principio repetetur, & sumatim, non sigilatim, seu particulatim narrabimus; quæ non iuuant prætermittemus, si ita vniuscuiusq; rei dicemus exitum,

Digitized by Google

vt præcedentia intelligantur, ac si vsquequo opus fuerit progredietur oratio. Talem Narrationem Horatius probat dicens:

Nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri,
Nec gemino bellum Troianum orditur ab ouo.
Semper ad eventum festinat, & in medias
Non secus, ac notas, auditorem rapit, & quæ
Desperat tractata nitescere posse relinquit.

Verisimilis, siue probabilis erit, si vt natura rei, & mores hominum, ac opinio postulat, narrabimus. Si causæ consiliorum, rerumque rationes constabunt, vt nihil factum, nihil dictum sine causa putetur. Si falsum narrabimus; danda est opera, vt omnia cohæreant iuxta probernium: *Mendacem memorem esse oportet.* Sin verum; eamdem operam adhibebimus, vt fidem auditoribus faciamus. Nam (vt ait Quintilianus) sunt plurima vera quidem, sed parum credibilia; sicut falsa quoque frequenter verisimilia. De hoc Horatius:

Atque ita mentitur, sic veris falsa remiscet,
Primo ne medium, medio ne discrepet imum.

In genere laudis tota fere oratio nil aliud est, quã Narratio. In quo (ni historiam scribas) poteris temporis ordinem non seruare. In suasorio Narrationes aut nullæ, aut breues erunt. Nam cùm ad docendum sit inuenta Narratio, cùm auditores sint edocti, inutilis videbitur fortasse.

Caput. 21. de Probatione tertia parte.

PRobatio, seu Confirmatio est oratio, in qua tota spes vincendi, ratioque persuadendi cõsistit. Vt igitur nostra confirmemus, & aliena dissoluamus, huc referenda est tota illa materia de statibus, & hic est opus tota vi Dialectica, eiusque argumentis. Quo verò ordine argumenta inuenta sint collocanda, his verbis docet Cicero: *Res postulat, vt eorum expectationi, qui audiunt, quàm celerrimè succurratur; cui si initio satisfactum non sit; multò plus sit in reliqua causa laborandum. Malè enim se res habet, quæ non statim vt dici cœpta est, melior fieri videtur. Ergo in oratione firmissimum quoque sit primum, dum illud tamẽ in vtroque teneatur, vt ea, quæ excellant seruentur etiam ad perorandum; si qua erunt mediocria (nam vitiosis numquam esse oportet locum) in mediam turbam, atque in gregem conijciantur.* Hæc Cicero, & sunt maximopere considerandæ.

Laus fere nullam habet confirmationem; quia certa, non dubia, in laude prædicantur. Si tamen in erit aliqua ex locis personarum, & rerum erit petenda. In suasione Confirmatio tota causa est, cùm possit Exordio, & Narratione carere.

Digitized by Google

Caput. 22. de Epilogo quarta orationis parte.

EPilogus, seu Peroratio (quam quidam Conclusionem, alij Cumulum vocãt) diuisa est in duas partes, Enumerationem, & Amplificationem. Enumeratio (quæ Græcè Anacephaleosis dicitur) non omnia minima repetet (ne ostentatio memoriæ videatur) sed pondera ipsa rerum cõprehendet.

Amplificatio est grauior quædam affirmatio, quæ motu animorum in dicendo fidem cohibet. Hæc genere verborum, & rerum conficitur (ideo a nobis inter figuras commemoratur) & verba ponenda sunt, quæ vim habeant illustrandi, ne abusu sint abhorrentia; potiûs grauia, plena, sonantia, & quæ in Eloquutione diximus. Rerum amplificatio sumitur ex locis, vt causis, effectis, similibus, exemplis, contrarijs. Fictæ etiam personæ, muta deniq; loquentia omnia sunt adhibenda; quæ natura, vel vsu apud homines habentur magna. Sed quod in hac parte primas obtinet, est permotio affectuum. Quæ pars ab oratore bene tractata Eloquentiam efficit admirabilem; sed (vt multi affirmant) a Philosophia pendet. Socrates posse arte tradi negat, & furore quodam diuino contingere affirmat. Nihilominus tamẽ pauca de affectibus dicamus. Affectus, siue animi motus, aut perturbationes multi-

plici

plici ratione considerantur; sed ad quatuor posse capita reduci hac methodo colligamus. Boni, vel mali opinione commouentur homines. Si boni præsentis, voluptas dicitur; si mali, ægritudo. Si boni futuri, cupiditas; si mali metus. Hæc doctrina ex Cicerone in Tusculanis constat. Rursus omnes affectus aut sunt leues, aut cõcitati. Illud genus Græci Ethicon appellant ad naturam, & ad mores, & ad omnem vitæ consuetudinem accomodatum. Hoc Pathicon nominant, quo perturbantur animi, & concitantur vehementi ardore, quo causæ eripiuntur, qui cum rapide fertur, nullo pacto sustineri potest. Affectus etiam si Philosophorum sint, non aliunde quam ex Topicis trahuntur, vt a loco, a tempore, a persona, simili, contrario, sexu, ætate, &c. Sed regulam auream (quæ multarũ est instar) traditam a nobis ex doctrina multorum in capite de Pronunciatione ad mouendos affectus seruare memento.

In genere demonstratiuo historice, ac poetæ epilogo non vtuntur. Orator tamen ad confirmandam auditorum memoriam non inconcinè cum aliqua delectatione vtetur; vt ex Ciceronis orationibus constat. In suasorio præcipua totius orationis sunt repetenda, affectusque mouendi, præcipuèque hac in occasione est amplificandum, & in locos (quos vocant communes) excurrendum, inducendæque sunt Prosopopeiæ, quæ huius generis videntur esse propriæ, de quibus in Eloquutione diximus. Sed quia omnia hæc in Quæstio-

Digitized by Google

nem cadunt; non erit absurdum, etiam hoc a Dialecticis mutuari, & aliquid de illa dicere.

Caput. 23. De generibus causarum.

CVM Dialectica sit ars disserẽdi de qualibet re proposita: non rationi cõgrum erit, hoc tribuere Rhetoricæ. Sed tamen fatendo (vt dictum est) nos id ab ea fuisse metuatos, non erit extra rem hæc, etsi Dialectica, eò quòd nostræ doctrinæ necessaria sunt, inserere. Et quãdo de quo disseritur est quæstio, qua frequenter Retorici vtuntur in propriam vtilitatem segetem alienã conuertentes; ideo de illa quid sentiamus, paucis dicemus.

Quicquid in controuersiam, aut disquisitionem venit, aut facti, aut nominis, aut qualitatis habet quæstionem. Hæc quæstio tum Constitutio, tum status dicitur. Status autem (ex Doctorum sententia) tres sunt. An sit, quid sit, quale sit. Hoc est, Coniectura, Finitio, Qualitas.

Coniectura est, quando de facto aliquo ambigitur, vt, *Vlisses Aiacem interfecerit?* Finitio, cùm de facto quidem constat, sed de nomine disceptatur: vt, *An qui tyrãnum expulit dicatur tyrãnicida?* Quando verò factum, & nomen constat, & deui, & de natura negotij quæritur: Qualitatis status nuncu-

patur: vt, *Iure ne Clodium (quia fuit insidiator) occiderit?* In quolibet verò statu antiqui dicendi magistri (quoniam illi ante Dialecticam ad præcepta redactam inuenire cæperunt) quæstionem quamlibet bifariam diuisere. Nam quęstionem sine proprijs personis, locis, aut temporibus Græcè nominabunt Thesim, Latinè *Propositum*, siue *Consultationem*: vt, *An ducenda sit vxor.* & *An expediat bellum gerere?* Cùm vero appositis proprijs personis, locis, aut temporibus quæstio incidebat: Græcè *Hypothesim*, Latinè *Causam*, seu *Controuersiam* dixere: vt, *An Catoni tępore belli ciuilis Martia ducenda sit?* Hanc posteriorem quæstionem in tres partes diuidebāt, genera causarum appellantes. Nam cùm de vitijs, aut virtutibus erat dicendum, *Exornationis, seu laudis genus* appellabant; cùm de vtile, aut inutili, *Suasorium, seu Deliberationis*; cùm verò de æquitate, *iudiciale* dicebant. Illam quæstionem generalem Dialecticis relinquentes: hanc specialem tantum oratoribus concesserunt, sed falsò, quia vtraque quæstio, vt tota inuentio, & Dispositio solius Dialecticę munus est (vt probauimus) vnde illas oratores desumpsere. Nec tria illa genera causarum admittit Cicero, quia latiùs diffunditur disputatio; sed tamen illis sæpe vtimur tamquam præcipuis capitibus, ad quæ cætera referuntur.

Reducuntur ab Stephano Heluetio sic: *Genus causæ deliberatiuum, quò referuntur Suasio, Dissuasio, Exhortatio, Dehortatio, Monitio, Petitio, Peccatio, Conciliatio, Denunciatio, Consolatio, Commendatio.* Delibe

ratiuū

Digitized by Google

ratiuum cõtinet in se suasionem, & dissuasionem, tempus verò futurum. Finis, quem sibi proponit orator in suadendo, est dignitas, mouetque deliberantem ad spem maximè; in dissuadendo contra indignitatem spectat, & in reformidationem pertrahit.

Iudiciale, *Cui subijciuntur Accusatio, Defensio, Excusatio, Concitatio, Mitigatio, Expostulatio, seu Querimonia, Inuectiua, Exprobratio, Obiurgatio, Purgatio, Cõminatio, Deprecatio.* In iudiciali præteritum tempus maximè valet, præcipuas habet partes in se Accusationem, & Defensionem; finis eius iustorum, & iniustorum quæstione continetur, & ad sæuitiam, vel ad clementiam iudex est incitandus.

Demonstratiuum, seu Exornatiuum ad quod pertinent *Laudatio, Vituperatio, Actio gratiarum, Gratulatio, Expositio hostorica, Lamentatio, Commemoratio beneficiorum, Commendatio.* Nam hæc quadam consideratione est deliberatiui, alia Exornatiui. In hoc duæ sunt partes præcipuè Laus, & Vituperatio, tempus tum præsens, tum præteritum. Spectat autem orator honestatem, præcipuè cùm laudat; turpitudinem, cùm vituperat, mouetque auditores ad delectationem. De generibus his mihi notandum videtur iuditiale non eo modo, quo temporibus antiquis esse in consuetudine. Non enim patroni causarum (quos Aduocatos appellamus) voce causas agunt, nec eo ornatu orationes decorãt; sed scripto, rationibus, & authoritatibus legum, aliorumque iurisprudentium suum propositũ con

firmant, contrariorũque diluunt. Etſi aliquando in tribunalibus ſuperioribus hi adſunt ad informã dos iudices (quod dicitur vulgo noſtro: *Informar en eſtrados*) ſed non perfectis orationibus truncatis tãtùm illis inſtructis, & munitis rationibus, quę maximam vim, ſummum pondus, & grauiſsimam authoritatem habere videantur. Et vt id arte fiat, & vt orationes antiquorum quo genere, & quo artificio compoſitæ eſſe intelligantur, oportuit tradi doctrinam hanc. Antiquitus enim ijdem erant iuriſconſulti, & oratores, temporibus his alio modo cauſæ tractantur. Deliberatiuo, & Demõſtratiuo vtuntur noſtri Concionatoris, & etiam in Scholis oratores ſunt qui illis vtuntur ad petendã facultatem lectionem, & ad laudem Doctorum, Magiſtrorum, & aliorum, qui lauro, vel alio præmio condecorari, & cohoneſtari debeant. Ideo vt Eloquentiam teneas, & multa illam comitantia hæc hîc docui.

Caput 24. De Memoria.

MEmoriam non eſſe Eloquentiæ partem non ſolùm oſtendimus, verùm & probauimus, & fuſius, latius ve in Eloquentia ſacra. Ideo non eſt cur circa hoc plura dicamus; tantum de illis rebus, quæ ipſam adiuuant, quod legero, audiuero ve exponam, ſi prius memoriam firmam animi rerum, & verborum diſpoſitionis

per-

Digitized by Google

perceptricem esse dixero. Ea duplex est, naturalis vna, altera artificialis. Naturalis est ea, quę nostris animis insita est, & simul cum cogitatione nata. Artificiosa est ea, quam confirmat inductio quędam, & ratio perceptionis. Sed vt cæteris in rebus ars naturę commoda confirmat, & auget: sic naturalis memoria, quamuis ea sit egregia, pręceptis, & arte nitescit. Constat igitur artificiosa memoria locis, & imaginib⁹ loci sunt pro charta, imagines pro literis. Dispositio imaginum similis est scripturæ, pronunciatio lectioni. Hanc artem quidam tradidere, ego eam illis relinquens solùm attingam illa, quibus experimento cognoui memoriam augeri, & iuuari.

Sit primum, & certissimum illud cõsilium Quintiliani, qui præcipit, vt eam exerceamus, nam memoria excolendo augetur.

Cùm memoria dispositionis sit perceptio: qui methodo, quæ scripserit ordinauerit, ab alijs scripta methodo ipse colliget, & facillimo negotio memoriæ mandabit, quæ volet. Hinc memoria tenemus facilius ea, quę ordinem conseruarunt, quàm confussa. Non solûm recta compositio, sed & bene considerata diuisio valet plurimùm ad perceptionem. Nam qui rectè diuiserit, numquam in recto ordine errare poterit; & proderit, vt per partes discatur; sed hæ partes non sint perexiguæ.

Non erit inutile aliquas in margine apponere notulas, vt ancoram, si de naui sit dicendum; spiculum si de prælio. Plurimum etiam iuuat ijsdem,

Digitized by Google

quibus scripseris chartis ediscere.

Nox interposita plurimum habet firmitatis, ac si ieiunus, quæ noctu memoriæ mādastis repetas: radices agent, & quandocumque voles reminiscēris illorum.

Ludouicus Viuas, & Palmirenus admonent, non audienda tantum, sed videnda etiam esse, quę memoriæ cōmendare velis iuxta consiliū Horatij:

Segnius irritant animos demissa per aures,
Quàm quæ sunt oculis subiecta fidelibus.

Denique nil vnquam memoriæ mādes, quod non ad vnguem (vt dicitur) intellexeris. Ne tibi molestus videar, non longior in tradendis de hoc præceptis ero. Si fortè plura desideras: quos nominaui adito; sed & medicamina hæc accipito.

Coriandri grana sacharo induta post cibum assumpta fumos ascendentes prohibent, & memoriæ conducunt.

Vuæ passę granulis priùs exactis, & per noctem vnam in ardenti aqua maceratæ, manè què in cibum sumptæ a ieiuno cum eadem aqua egregiè memoriam firmant. Alia apud medicos inuenies, sed caue aliqua periculi plena.

Accipe cādide Lector (nigrum non alloquor) quæ pro mea virili parte elaborata, & ordinata tibi de Eloquentia trado. Vos què præsertim discipuli mei, quorum causa omnem operam, quātum in me est, in vobis instruendis, informandis, & augendis posui, & locaui. Quia stipendio publico id facere sum deuinctus, & doctoris officio fungi

conor,

Digitized by Google

conor, nam meum; ne mihi quid negligentiæ, aut ſocordię tribuatur. Id enim loco infamię ducerē, in excolēdo enim officio omnē honeſtatem, in eo negligendo turpitudinem omnem ſitam arbitror. Non inficiabor, vitioſam planè rem eſſe, non tam quid dicatur, quàm quomodo dicatur attendere. Sed quid cum cum populo agendum? Iam eò ventum eſt, vt nemo ſit ſola ſapientia contentus, ōnes Eloquentiam requirant. Quando non poſſumus cęteros quales volumus habere, demus (ne ſit conatus noſter, atq; labor inanis) operā, vt ſimus nos tales (quando ſine vitio poſſumus) quales illi volunt. Accipite, obſecro, accipite alacri ac prompto ore, & vultu hęc præcepta, eaq; mentibus veſtris, animiſq; mandate. Ipſi profecto fatebimini, illud ipſum optandum eſſe maximè, q; vehementiſsimè nobis obſiſtat. Habet enim Eloquētia vim talem, vt eâdem de re duas cōtrarias orationes explicare poſsit: Eadem vera refellit, & cōfirmat; falſa probabilia reddit, & arguit, turpia vituperat, & laudat, honeſta cōmendat, & reprehendit. Itaq; vt cęterę artes, ac ſcientię, ōnia vel externa, vel naturę bona ſic etiam vis eloquēdi perinde eſt (vt ait Comic°) *vt illius animus, qui eam poſsidet, qui vtiſcit, ei bona, illi, qui non vtitur rectè, mala.* Eius optimi vſus cōmendatio, & bonitatis argumentum, probatio, & teſtimonium ſit noſtra Eloquentia ſacra, quę tanta ſacrorum teſtimoniorum, & exemplorum copia floret, acvalet. Vt illam tenere poſsitis, huic operā date; ancilla enim eſt hęc illius; quādo magiſtrū habetis

si minus eruditum, at certè non indiligentẽ, qui se promittat neq; suo, neq; vestro officio defuturum & quid illi, quid vobis agendum sit non ignoretis. Nec dubitetis, hanc tantã, & tam pręclaram artem eloquentissimorum hominum exemplis olim inuentã, sũmorum postea philosophorũ disputationibus amplificatam, nostra memoria illustrimorũ virorum illustratã, meoq; conatu, & diligentia adiutam, & auctam. Si vobis in vltimas mundi oras eius discendi causa proficiscendum esset: tantum itineris, & periculi subire deberetis, ne tãta, tamq; necessaria arte caruisse videremini. Nunc verò cũ domi vestrę discere possitis, cur negligentia vobis est impedimento futura? Quod ad me attinet, non verbis tãtum, sed scripto, & opere præstare sum conatus. Sin minùs perfeci: at q̃ potui feci illius diffinitionem tradens, diuisionem assignans, tropos, & figuras edocẽs, quę a Dialectica illi mutuari est opus exprimens, nec memorię oblitus. Sin minus vel malitiã, vel inuidiã vitare nequiuero: illam nõ mirabor, hanc irridebo; *nulla enim tam modesta felicitas, quæ* (vt ait Valerius Maximus) *malignitatis dentes vitare possit.* Tu igitur candide (nigrum, vt dixi, nil moror) Lector quo animo offero hęc, accipe, illis faue, me dilige, & doctrina fæliciter fruere.

FINIS.

¶ *Eloquentia multæ vrbes sunt constitutæ, plurima bella restincta, fortissimæ societates, sanctissimæ amititiæ comparatæ.* Cicero, seu quis ille in Salustium.

FER-

Digitized by Google

FERDINANDVS Gunsaluus de Sancta Cruce eloquentiæ institutor illius studiosis. S.

IVlius Quidam Candidus non inuenuste dicere solebat (amice, siue lector, siue auditor) aliud esse eloquentiam, aliud loquentiam, Nam eloquentia vix vni aut alteri, imo (si Marco Antonio apud Ciceronem credimus) nemini. Hæc vero quam candidus loquentiam appellabat multis, atque etiam impudentissimo cuique maximè contingit. Hanc Vulgi homines attendunt, magni faciunt, & mirantur. Illam prætereunt, despiciũt, nec suscipiunt, quia illius vim, & rationem dicendi ignorant: Sed docti loquentiam contemnunt, fugiũt & execrãtur. Eloquentiam colunt, plurimi habẽt, & venerantur; quia illius excelentiam, & virtutem agnoscunt. Et vt ipsam, vel optimam illius partem consequi valeant, totis viribus operam dant, difficultatem non timent, laborem non fugiunt, nec sumptui parcunt. Ex his primi sunt illi, qui nõ modo audientes sed se ipsos alios docentes docent, & vt perfectius sibi illam parent, alijs scribentes si bene scribunt. Vnus horum noster magister absq; dubio haberi debetur, qui noctu, diuque huic va-

cauit facultati cupiens doceri, & discere, quod docere, & præcipere posset, & (nisi fallor) optatam hoc opere contigit metam, quando nostrorum hominum multis (doctis præsertim) probatur, ab exteris in prætio summo habetur, & vbi liber inmanibus non est, nomen eius versatur in ore, & desiderio, illiusque maximo tenentur, quo summis præcibus, & ea contentione, quæ potest esse maxima ab eo petiuerunt; typis remandari dignaretur, quod eum (vt æquum erat) gratum fecit, & vt huius gratitudinis specimen, seu testimonium daret nouis lucubrationibus, & vigilijs perfectum triplicis eloquentiæ nobis tradidit; hoc opus, & studium parui properemus, & amplectum quia perse, & propter se appetendum, & quia â tali compositum autore in quo tantum industriæ, probitatis, eruditionis, ingenij, studij, memorię denique est, quantum expertus inuenies: Nam quanuis ferax seculum bonis artibus habemus, nescio quem illi præferre debeamus. Hunc ego quum simul studeremus arctè, familiariterque dilexi, & ille me (fateor) cum hoc seria, cum hoc iocos miscui, quid enim, aut illo fidelius amico, aut sodale iucundius? mira in sermone, mira etiam in ore, vultuque suauitas; ad hoc mens excelsa, subtilis intellectus, doctrina dulcis, facilis institutio in voce, & scriptis illius a multis adnotatur. Ideo probatus, ideo charus est mihi, & multis. Quod tibi lector faciendum, nec hortor, nec moneo; Nam persuasum iudico: Non enim vulgari opinione ducendũ suspicor illum, qui hãc

Digitized by Google

eloquentiam triplicem dignatus erit perlegere; quia non debet operibus eius obesse, quod vivit, & nobiscum, ansi inter eos, quos nunquam vidimus floruisset, non solum libros eius, verum etiam imagines conquireremus. Eiusdem nunc honor præsentis, & gratia quasi facieratè languescet, at hoc prauum, malignumque erit non admirari hominem admiratione digniſsimum: quia videre, alloqui, adire, complecti; nec laudare tãtum, verum etiam amare contingit. Sed ne de amico amato, & amante me arrogantius æquo dicere iudices, mei epistolij clausula erit, si te prius exoratum mihi persuasero eius opera animo odio libero, amore alieno lecturum huncque Mercurium Trimegistum præsertim, vt eloquentiam inuenias, & loquẽtiam vitandam cognoscas, vt loquentem vites, eloquentem quæras, illumque sequaris, me que diligas, & valeas.

IOANNES INNIGVS VELASCVS PRESBYTER, LITERARUM humanarum professorum minimus, Lectori S. D.

MIraberis fortasse, lector, cur tantillus ego, cuius in re literaria iudicium vix quicquã momenti habet, nobile hoc opus laudare aggrediar, hosq; conatus vel temeritati dabis, vel arrogantiæ tribues. Ast ego modicitatis meæ

non ignarus ab vtroque quidem me vindicauero, si te certũ fecero, ita me iam pridem officijs haud vulgaribus authori esse demeritum, vt si meum elogium (sit qualecumque) non darem, inofficiosi notam (quam horreo) nullo modo effugerẽ. Ideo operæpretium facere visus sum, si meam obseruantiam hoc saltem officij genere testarer. Non quia ex mea prædicatione laudis aliquid volumini sit accessurum; cùm potiùs verendũ sit, ne magis imbecilitatẽ mei ingenioli detegam, quàm illius virtutes, sicut par est, repræsentem. Vt ergo multa taceam, ac illa præsertim, quæ in sua præfatione author attigit, quædàm ijs adijciam. Eloquentiæ igitur tanta est vis, tãtaque necessitas, vt ipsius inter latinos princeps Cicero non ei primatum deferre, non eam rerum omnium dominam dubitauerit appellare. Nec immeritò, quando sine ea nec quæ ignoramus discere, nec quæ scimus docere possumus. Per eloquentiam Valerius, seu (vt alij malunt) Agrippa Menenius ad meliorem mentem Romanum populum reuocauit, Senatuique subiecit. Per ipsam Marcus Antonius militum gladios effugisset, nisi vnus, qui expers eius fuerat vocis, crudele ministerium peregisset. Per ipsam liberis Athenarum ceruicibus seruitutis iugum Pericles imposuit; earumque imperium, vel inuito Solone, comparauit Pisistratus. Per ipsam ad voluntariam mortem auditores multos Hegesias impulit, ac plures impulisset, si a Ptolomeo prohibitus non fuisset de humanæ vitæ miserijs disputare. Per ipsam

(vt

(vt Ethnicos relinquamus) Attilæ, cui cognomentum Flagello Dei D. Leo humanitatem persuasit. Per ipsam D. Ioannes Antiochenus Chrisostomi, D. Petrus Rauēnas Chrisologi, D. Bernardus Mellisiui inuenere cognomina. Nec mirum quod inuenerint, cùm a Deo rarus sit in hac artiū arte cōspicuus, vt Iulius Candidus (Plinio teste) non inuenustè dicere soleret, aliud Eloquentiam, aliud Loquentiam esse. Nam Eloquentia (inquit) vix vni, aut alteri, immo (si M. Antonio credimus) nemini; loquentia verò multis, atque etiam impudentissimo cuique maximè contingit. Hoc Cicero innuere videtur, dum ait: Quis non iure miretur, ex omni ætatum memoria, vt temporum, sic & ciuitatum tam exiguum Oratorum numerum inueniri? Hinc (ni fallor) Alciatus ipsum Eloquentię Deum, Mercurium scilicet, moly herbam nigræ radicis, sed floris lactei, inuentu difficilimam, sed præsentissimū aduersus veneficia remedium, Vlysi de sua in eius manum dantem depinxit sub hoc titulo: Facundia difficilis; & subiunxit:

Eloquij candor, facundiaque allicit omnes;
Sed multi res est tanta laboris opus,

Si miraris, quòd alliciat omnes; mirari desines, dū memineris, esse fortitudine præstantiorem, vt eidem alibi placet, hosce versus subiungenti;

Cedunt arma togæ, & quamuis durissima corda
Eloquio pollens ad sua vota trahit.

Huic igitur quò propius quis accesserit, eò magis cæteris hominibus præstabit. Cùm ergo in volumi-

lumine hoc Eloquentiæ ornamenta, quæ (ſecundum Valerium Maximum) in pronuntiatione apta,& conuenienti motu corporis conſiſtunt, miro quodam ordine tradantur, & tradita enudeentur; & cętera (quotquod ſunt) diſciplinarum genera huius ſubſidia requirant,huius adminiculis nitantur,& ſine hac trunca ſint, & manca: immenſa Ximenio noſtro gratia debetur,qui ſua nobis induſtria,ſuoque labore viam expediuit,qua in plenam tantæ, tamque neceſſariæ facultatis cognitionem poſsimus venire. Quæ cùm ita ſint; reſtat vt ſi,cui volumen non placeat, is omnino ſit barbarus, ac beſtijs vicinus.Nec mirabor, quod tali diſpliceat. Vt enim(Pliniana ſunt verba)de pictore,ſculptore,fictore niſi artifex iudicare:ita niſi ſapiens, non poteſt cognoſcere ſapientem. Hinc bene Fabius apud D.Hieronymum:Fælices eſſent artes,ſi de illis ſoli artifices iudicarent. Quantum mihi tamen cernere datur, multa in volumine hoc eminent, & elucent,diſputantur ſubtiliter,probantur grauiter,breuiter concluduntur, mirabiliter exemplificantur.Sermo eſt copioſus,& varius dulcis in primis.Iam verò,etſi alienæ quoque laudes parum ęquis auribus accipi ſoleant;de authore noſtro omnino retiœre iniuſtum cenſeo; & ideo pro opportunitate multa,pro meritis pauca dicam,cùm præſertim hoc ipſum amantis ſit, non onerare laudibus,quem diligas, ipſeque author plurimos,eoſq; doctiſsimos habeat ſuæ politiſsimæ eruditionis buccinatores, quæ ad inſtar odoratiſsimi fruticis

Digitized by Google

inenarrabilem quandam fragrat suauitatem. Scribam tamen, quod sentio, sentio, quod scribam; cõcordabit cum corde calamus, cum calamo lingua. Is igitur, sine controuersia (nõ me fallit amor, nec adulariscio) inter nostræ ætatis princeps viros (de hoc saltem genere literarum) refertur omnino, & inter cũctos professores primas sibi vindicare posset ob ingenium fęlix, ob multiplicem eruditionẽ, ob plurimam docendi peritiam, ob summam dexteritatem. Quorum, omniũ testes sunt nulli exceptioni obnoxij tot, tantique discipuli, quot, & quantos in munere hoc plurimos annos mirificè versatus fecit, & facit in dies. Accedit rara perspicuitas, exquisita in rebus suę professionis indagandis solertia, facillima tradendorum methodus, nec non continuũ studium, ac indefessus labor, quibus multigenarũ rerum notitiam vndique comparauit, ac comparat. Hinc factum est, vt à Deo (à quo omnis sapientia, & scientia) eruditus in reipublicæ horreum cibos inferat salutares, & suauissimos, Eloquentiæ alimenta populis ministrando. Ad hoc enim (quantum auguror ego) mandauit Deus nubibus suis, vt pluant super Ximenium nostrum, quæ ipse tanquam imbres mittit eloquias; ne sibi soli lucere contentus, cum nequam illo seruo, qui talentum domini sui ligatum sudario abscondit, damnetur. Nec silentio inuoluendum duco, multo pluris apud exteros, quàm apud suos Ximenij nostri scripta haberi. Quæ quidem tam longè, lateque patẽt, vt summa cum acclamatione ex

Digitized by Google

Italia petantur. Fama enim certa, ac constans est, Federicum Bustum primarum apud Romanos Sapientiæ professorem Italico idiomate Hispanam Eloquentiam donauisse, eamque (non mentito authoris nomine) suis communicasse discipulis. Nec tamen istud miror, cùm Albutius præsagiuerit Alciato: *Tu procùl a patria pretio es in maiore futurus.* Pessimus enim eo vsque error increbuit, vt in prouintijs vbi perse optimus quisque autor est cognitus, minorem habeant eius scripta æstimationem. Non minus malus alius inualuit error, quo adhuc cuiventes autores minoris aliquantò fiunt, quàm æuo functi; & sicut vnguentis, & vinis, ita & libris pretium, addit antiquitas. Hoc Valerius Martialis inuidia comparatum esse affirmat, ac necipsis quidem Homero, & Virgilio labem hanc peperciſſe deplorat Regulo:

Esse quid hoc dicam, viuis quod fama negatur.
Et sua quód rarus tempora lector amat?
Hi sunt inuidiæ nimirum, Regule, mores,
Præferat antiquos semper vt illa nouis.
Ennius est lectus, saluo tibi, Roma, Marone;
Et sua riserunt sæcula Mæonidem.

Sed hæc apud indoctos, & qui in pernitiem bonarum artium nati videntur. Docti autem viri, & alicnorum laborum iusti æstimatores longè quidem aliter sentiunt. Ego denique (vt eò redeam, vnde digressus) a nulla temporũ iniuria volumini huic timebo. Non enim tineas pascet, non cum blattis rixabitur vmquam, non Genio (quem, iusta Martia

Digitized by Google

lem, victurus debet habere liber (vllaratione care bit; Immo charum erit mundo, etiam ætate desertum, quam fælicitatem suo ominari Venusinus nō fuit ausus. Hinc iure, & meritò potest noster Ximenius dicere cum ipso Horatio:

Exegi monumentum ære perennius,
Regalique situ pyramydum altius,
Quod non imber edax, non Aquilo impotens
Possit diruere, aut innumerabilis
Annorum series, & fuga temporum.
Non omnis moriar, multaque pars mei
Vitabit Libitinam. Et cùm Ouidio:
Iam opus exegi, quod nec Iouis ira, nec ignes,
Nec potuerit ferrum, nec edax abolere vetustas.
Cum volet illa dies, quæ nil, nisi corporis huius
Ius habet, incerti spatium mihi faciat æui.
Parte tamen meliore mei super astra perennis
Astra ferar, nomenque erit indelebile nostrum.

Cæterum, *cùm* (iuxta prouerbium) *vino vendibili nihil opus sit suspensa hedera*; prolixiore commendatione supersedebo, ne rem perse satis commendatam potiùs culpa ingenij deteram, quàm oratione amplificem. Vale ergo, & boni consule.

Membrillæ anno Domini 1618.

CAIVS Plinius secundus nouo comensis Cornelio Tacito insigni historiographo scribens libro epistolarum quarto pluri-

mùm intereſſe, habere in oppidis præceptoris his verbis ſignificat: Saluum te in vrbem veniſſe gaudeo. Veniſti autem, ſi quando aliàs, nunc maximè deſideratus. Ipſe pauculis ad huc diebus in Tuſculano cõmorabor, vt opuſculum, quod eſt in manibus, ſoluam. Vereor enim ſi hanc intentionem iam in fine laxauero, ægrè reſumam, Interim, ne quid feſtinationi meæ pereat, quod ſum præſens petiturus, hac quaſi præcurſoria epiſtola rogo. Sed priùs accipe cauſas rogandi, deindeipſum, quod peto proximè cùm in patria mea fui, venit ad me ſalutandum municipis mei filius prætextatus. Huic ego, ſtudes, inquam? Reſpondit, Etiam. Vbi? Mediolani. Cur non hic? Et pater eius (erat enim vnà, atq; ipſe etiam adduxerat puerum) Quia nullos hîc præceptores habemus. Quare nullos? nam vehementer intererat veſtra, qui patres eſtis (& opportunè complures patres audiebant) liberos veſtros hîc potiſsimum diſcere. Vbi enim aut iucundiùs, morarentur, quàm in patria? aut pudicitiùs continerentur, quàm ſub oculis parentum? aut minore ſumptu, quàm domi? Quantulum eſt ergo collata pecunia conducere præceptores? quodque nunc in habitationes, in viatica, in ea, quæ peregrè emuntur, impenditis, adijcere mercedibus? Atque ego adeo, qui nondum liberos habeo paratus ſum pro republica noſtra, quaſi pro filia, vel parente, tertiam partem eius, quod cõferre vobis placebit, dare. Totũ etiam pollicerer, niſi timerem, ne hoc munus meum quãdoque am-

Digitized by Google

bitu corrumperetur, vt accidere multis in locis video, in quibus præceptores publicè conducuntur. Huic vitio vno remedio occurri potest; si parentibus solis ius conducendi relinquatur, ijsdemque religio rectè iudicandi necessitate collationis addatur. Nam qui fortasse de alieno negligentes, certè de suo diligentes erunt, dabuntque operam, ne eam pecuniam non nisi dignus accipiat, si acceptu rus & ab ipsis erit. Proinde consentite, conspirate, maioremque animum ex meo sumite, qui cupio esse quam plurimum, quod debeam conferre. Nihil honestius præstare liberis vestris, nihil gratius patriæ potestis. Educentur hîc, qui hîc nascuntur; statimque ab infantia natale solum amare, frequẽtare consuescant. Atque vtinam tam claros præceptores conducatis, vt finitimis oppidis studia hinc petantur; vtque nunc liberi vestri aliena in loca, ita mox alieni in hunc locum confluant. Hæc putaui altiùs, & quasi a fonte repetenda, quò magis scires, quã gratũ mihi foret, si susceperis, quod iniungo. Iniungo autem, & pro rei magnitudine rogo, vt ex copia studiorum, quæ ad te ex admiratione ingenij tui conuenit, circumspicias præceptores, quos sollicitare possimus, sub ea tamen conditione, ne cui fidem meam obstringam. Omnia enim libera parentibus seruo. Illi iudicent, illi eligant. Ego mihi curam tantùm, & impendium vindico. Proinde si quis fuerit repertus, qui ingenio suo fidat: eat illuc ea lege, vt hinc nihil aliud certũ, quàm fiduciam suam ferat.

Cùm probitas sine eloquentia parum prosit; & eloquentia absque probitate plurimum noceat: qualis Doctor illius futurus sit, explicat idem Hispulle scribens lib. 3. sic: Cùm patrem tuum grauissimum, & sanctissimum virum iuspexerim magis, an amauerim, dubitem, teque in honorem eius vnicè diligam, cupiam, necesse est, atque etiam quantum in me fuerit, enitar, vt filius eius, quo similis existat; equidem malo maternos, quamquam illi paternus etiam clarus, spectatusque contigerit, pater quoque, & patruus illustri laude cōspicui; quibus omnibus ita demum similis adolescet, si imbutus honestis artibus fuerit, quas plurimùm refert, a quo potissimùm accipiat. Adhuc illum puerilis ratio intra contubernium tuum tenuit. Præceptores domi habuit, vbi est vel erroribus modica, vel etiam nulla materia; iam studia eius extra limen proferenda sunt; iam circumspiciendus rhetor latinus, cuius scholę seueritas, pudor imprimis castitas constet. Adest enim adolescenti nostro cum cæteris naturæ, fortunæque dotibus eximia corporis pulchritudo, cui *in* hoc lubrico ætatis non præceptor modò, sed custos etiam, rectorque quærendus est. Videor ego demonstrare tibi posse Iulium. Genitorem; amatur a me; iudicio tamen meo non obstat charitas hominis, quæ ex iudicio nata est. Vir est emendatus, & grauis, paulò etiam horridior; & durior, vt in hac licentia temporum quantùm eloquentia valeat, plurimus credere potes. Nam dicendi facultas aperta, & exposita statim cernitur. Vita hominum

Digitized by Google

altos receſſus, magnaſq; latebras habet, cuius progenitore me ſponſorem accipe. Nihil ex hoc viro filius tuus audiet, niſi prorſus futurum, nihil diſcet, q̃ neſciſſe rectius ſuerit; nec minùs ſæpe ab illo, quàm a te, meque admonebitur, quibus imaginibus oneretur, quæ nomina, & quanta ſuſtineat. Proinde, fauentibus Dijs, trade eum præceptori, a quo mores primùm, mox eloquentiam diſcat, quę malè ſine moribus diſcitur.

HIERONYMVS ad Titũ, de magiſtro ſic:

NIHIL eſt fœdius præceptore furioſo, qui cùm debeat eſſe manſuetus, & humilis ad omnes: ex diuerſo torno vultu, trementibus labijs, rugata fronte, effrenatis conuitijs, facie inter pallorem, & ruborem variata clamore perſtrepitat, errantes non tam a bono retrahat, quàm ad malum ſua ſæuitia præcipitat.

Et alio loco idem:

Magiſter probæ ætatis, vitæ, & eruditionis eligendus eſt.

Et infra eadem epiſtola:

Prodiuis enim eſt malorum æmulatio, & quorum virtutes aſſequi neſcis, vitia imitaris.

Gregorius in Paſtorali:

Sunt plerique, qui dum metiri ſe neſciunt, quæ

non didicere docere concupiſcunt, qui pondus magiſtrij tanto leuius æſtimant, quantò vim magnitudinis illius ignorant.

Boetius de ſcholaſtica diſciplina:

Doctor debet eſſe eruditus; prius enim oportet vt diſcat, quàm doceat. Debet eſſe manſuetus, prout opportunum eſt. Debet eſſe rigidus, vt lites diſſoluat, oblatrantes remordeat, obloquentes reprimat, proteruientes caſtiget. Debet eſſe diligens; nam ſicut in vnoquoque opere mater conſtantia inuenitur, ita vniuerſæ doctrinæ nouerca eſt negligentia. Idem infra: Sit in ſermone verax, in iudicando iuſtus, in conſilio prouidus, in commiſſo fidelis, & conſtans in vultu, pius aſpectu virtutibus inſignis, bonitate laudabilis.

De munere, & officio præceptoris
Iuuenalis Satyra 7.

Rara tamē merces, quæ cognitione Tribuni non egeat. Sed vos ſæuas imponite leges, vt præceptori verborum regula conſtet; vt legat hiſtorias, authores nouerit omnes, tamquā vngues, digitoſq; ſuos, vt fortè rogatus.

Dum petit aut thermas, aut Phæbi balnea, dicat.

Nutricem Anchiſæ, nomen, patriamque nouercæ.

Arthemori. Dicat, quot Aceſtes vixerit annos;
Quot Siculus Phrygibus vini donauerit vrnas.

Eraſmus Roterodamus in opere de conſcribendis epiſtolis, ſic:

Digitized by Google

Hui (inquiunt) nætu dura mones, & negotij plena. At ego iam ab initio non asinum, sed præceptorem mihi requirebam, nec in eruditum, nec laboris fugitantem. Nam si indoctus est; qua fronte Doctoris nomen, ac locum occupat? Si ignauus; cur negotium tam operosum suscipit?

Et rursus: Prima igitur cura sit, vt præceptorem tibi deligas quam eruditissimum. Neq; enim fieri potest, vt is rectè quemquam erudiat, qui sit ipse ineruditus. *Et denique*:

Nepotem meum fac, vt quam primum ab isto præceptore tam inepto abducas, ac eruditiori cõmittito. Caue, te pecuniæ ratio offendat, si modò idoneum doctorem nanciscì poteris.

MAGISTER BARTHOLOMÆVS *Ximenius Paton Eloquentiæ studiosos tam discentes, quàm docentes illam, hæc monita animo voluant, mente considerent, cogitatu perpendant, monet, hortatur, & orat.*

Diego Gonçalez de Villa Roel.

Digitized by Google

INDEX CAPITVM,

ET NOTABILIVM, QVAE MERCVrius Trimegistus Continet.

S. Intelligitur Sacra. E. Española. R. Romana.

CAput Primum de diffinitione, & partibus Rhetoricę siue Eloquētię. S. fol. 1. E. 53. R. 208.

Cap. 2. Se Eloquutione. S. 1. E. 56. R. 211.

Cap. 3. de verbis simplilibus. S. 2. E. 60. R. 213.

Cap. 4. de Methaphora. S. 3. E. 62. R. 214.

Cap. 5. de Sinedoch. S. 5. E. 66. R. 216.

Cap. 6. de Methonimia. S. 6. E. 69. R. 220.

Cap. 7. de Anthiphrasi. S. 9. E. 77. R. 226.

Cap. 8. de Figuris verborum, & primo de illis quæ fiunt per adiectionem. S. 10. E. 79. R. 231.

Cap. 9. de Figuris quæ fiunt per detractionem. S. 13. E. 88. R. 235.

Cap. 10. de Figuris quę fiunt per commutationem. S. 14. E. 91. R. 236.

Cap. 11. de figuris sentētiarū. S. 19. E. 209. R. 250.

Cap. 12. de Figuris sententiarum fictionis. S. 21. E. 113. R. 252.

Cap. 13. de figuris sententiarum abruptionis. S. 26. E. 121. R. 257.

Cap. 14. de Figuris amplificationis. S. 27. E. 123. R. 256.

Cap. 15. de Sensu quadruplici scripturæ. S. 31. E. 135. R. 266.

Cap. 16. de Historia sacra. S. 32. E. De los generos de fabulas. E. 137. R. 268.

Cap. 17. de Pronuntiatione vel actione. S. 35. E. 139. R. 268.

Cap. 18. de Oratione, siue methodo. S. 38. E. 139. R. 270.

* Cap.

Digitized by Google

Cap. 19. de Exordio. S. 38. E. 140. R. 271.
Cap. 20. de Narratione. S. 39. E. 141. R. 272.
Cap. 21. de Confirmatione. S. 4. E. 142. R. 273.
Cap. 22. de Epilogo. S. 41. E. 143. R. 274.
Cap. 23. de Quæstione. S. 42. E. 144. R. 275.
Cap. 24. de Memoria. S. 43. E. 146. R. 276.
Nota primera, de las Figuras poeticas. E. 100.
Nota segunda, de las Figuras viciosas. E. 102.
Nota tercera (aunque por yerro segunda) delas cosas q̃ parece pertenecen a la Eloquencia E. 130.
Gramatica Española. E. 166.
Carta del Padre Francisco de Castro de la Compañia de Iesus, en q̃ opone ciertas dificultades a la dotrina del Autor. E. 177.
Carta en que satisface el Autor a estas oposiciones con aumento de dotrina a la Eloquencia. E. 182.
Prima appendix circa dotrinam Troporum. R. 228.
Appendix secunda de Figuris poeticis ex doctrina Despauterij. R. 241.
Appendix tertia, de Figuris Grãmaticis. R. 244.
Appendix quarta, de Figuris vitiosis. R. 246.
Appendix quinta, Differit, & exponit, quod eloquutioni de esse videtur. R. 263.

INDEX DICTIONVM, QVAS MERcurius Trimegistus exponit.

S. Sacra. E. Española. R. Romana.

Actio. S. fol. 35. E. 139. R. 268.
Adiunctio. S. 14. E. 89. R. 235.
Aenigma. S. 19. E. 98. R. 240.
Aeserologia. R. 249. Adseueracion. E. 204.
Allegoria. S. 32. E. 136. R. 267.
Allophilis. R. 242. Amphibologia. E. 108. R. 248.
Anacænosis. S. 20. E. 111. R. 251.

Ana-

Digitized by Google

Anadiplosis. S. 11. E. 82. R. 233.
Anagoge. S. 32. E. 136. R. 267.
Anaphora. S. 10. E. 80. R. 231.
Anthitopsis. R. 244.
Antimetabole. S. 16. E. 95. R. 238.
Antiphrasis. S. 9. E. 77. R. 226.
Antipophora. S. 20. E. 112. R. 251.
Antithetos, siue Antithesis. S. 15. E. 94. R. 237.
Antonomasia. S. 5. E. 67. R. 218.
Apheresis. R. 242.
Apocope. R. 242. Apologia. R. 246.
Apophasis, vel Parasiopesis. S. 24. E. 118. R. 256.
Aporia. S. 20. E. 111. R. 250.
Aposiopesis. S. 24. E. 118. R. 255.
Apostrophe. S. 25. E. 121. R. 257.
Apoteosis. R. 246. Aptitud. E. 204.
Archaism°. R. 245. Articul°. S. 13. E. 88. R. 235.
Asyndeton. S. 13. E. 88. R. 235.
Auocatio. S. 6. E. 67. R. 218.
Asperidad. E. 199. Atiologia. R. 246.
Auxesis. S. 30. E. 129. R. 261.
Azirologia. E. 105. R. 246.

B.

Barbarismus. E. 103. R. 246.
Barbara lexis. E. 104. R. 246.

C.

Cacoetes. R. 246. Cacosinthetos. E. 109. R. 249.
Cacophaton. E. 108. R. 249.
Cacozelia. E. 108. R. 249. Cancasmos. R. 246.
Carmen seculare. R. 247.
Catacresis. S. 4. E. 64. R. 215.
Catacresis. R. 246. Catalogus. R. 246.
Cenotes. S. 10. E. 80. R. 232.

Digitized by Google

INDEX.
Clymax. S. 12, E. 84. R. 234.
Cohabitatio. S. 16. E. 94. R. 237.
Coiniſmos. R. 246. Coma. E. 201. Colõ. E. 201.
Color. S. 25. E. 119. R. 256.
Communicatio. S. 20. E. 111. R. 251.
Commutatio. S. 16. E. 95. R. 238.
Compar. S. 15. E. 92. R. 237.
Complexio in Syncheriſi. S. 10. E. 81. R. 232.
Conduplicatio, ſiue Circulus. S. 11. E. 82. R. 232.
Confirmatio. S. 40. E. 142. R. 273.
Contrapoſitũ, ſiue Cõtentio. S. 15. E. 94. R. 237.
Conuerſio. S. 10. E. 80. R. 232.
Correctio. S. 17. E. 96. R. 238.
Corrrectio ſententiæ. S. 27. E. 121. R. 257.
Cronographia. R. 245.
D
Diaſtole. R. 242. Dereſis. R. 243.
Dialeton. S. 13. E. 88. R. 235.
Disiunctio. S. 14. E. 89. R. 235.
Diſolutio. S. 13. E. 88. R. 235.
Diſtincion. E. 202. & 205. Dulçura. E. 204.
Dubitatio, vel Addubitatio. S. 20. E. 111. R. 250.
E.
Eclipſis, ſiue Elipſis. S. 14. E. 90. R. 135.
Ectaſis. R. 242. & 246. Egloga. R. 248.
Elogium. R. 246. Elegia. R. 248.
Eloquentia. S. E. 53. R. 208.
Eloquutio. S. 1. E. 57. R. 211.
Emphaſis. S. 23. E. 117. R. 255.
Emblema. R. 243. Enalage. R. 244.
Epanaphora. S. 10. E. 80. R. 231. Hæc etiam dicitur Epibole.
Epanalepſis. S. 11. E. 82. R. 232.
Epa-
Digitized by Google

INDEX.

Epanodos. S. 10. E. 83. R. 233.
Epanortoſis. S. 17. E. 96. R. 238.
Epauxeſis. R. 246. Epicedium. R. 247.
Eparaſtrophe. S. 10. E. 80. R. 232.
Epiphonema. S. 27. E. 123. R. 258.
Epiphora, ſiue Epiſtrophe. S. 10. E. 80. R. 232.
Epilogus. S. 41. E. 143. R. 274.
Epinicium. R. 247. Epitaphium. R. 247.
Epithome. S. 11. E. 83. R. 233.
Epizeuxis. S. 11. E. 83. R. 233.
Erotyma. S. 20. E. 111. R. 251.
Eſplendor. E. 205. Epitalamium. R. 247.

F.

Figura. S. 10. E. 79. R. 231.

G.

Genealogia. R. 246. Genathlia. R. 246.
Grandeça. E. 202. Grauedad. E. 204.
Gradatio. S. 12. E. 84. R. 234.

H.

Hermoſura. E. 203. Hebraiſmus. R. 245.
Heleniſmus. R. 245.
Hyperbaton. S. 17. E. 97. R. 238. & ibi Paréteſis. Tmeſis, & Anaſtrophe.
Hyperbole. S. 28. E. 125. R. 259.
Hypermetria. E. 101. R. 243.
Hypotipoſis. S. 23. E. 116. R. 254.
Hypozeuxis. S. 14. E. 89. R. 235.
Homeutoleuton. S. 15. E. 91. R. 237.
Homoioptoton. S. 15. E. 91. R. 237.
Hiſtoria. S. 32. Hiſpaniſmus. R. 246.

I.

Idea. E. 202. Idiophalis. R. 242.
Imago, ſiue Icon. S. 25. E. 120. R. 256.

Ipozeugma. S. 14. E. 89. R. 235.
Ironia. S. 22. E. 115. R. 253.
Iſocolon. S. 15. E. 92. R. 235.
Interpoſicion. E. 205. Inuectiua. R. 247.
Inuerſio. S. 16. E. 95. R. 238.

K.

Koiniſmus. E. 105.

L.

Laconiſmus. E. 108.
Literalis ſenſus. S. 31. E. 135. R. 297.

M.

Macrologia. R. 246.
Membrum. S. 13. E. 88. R. 235.
Memoria. S. 43. E. 146. R. 276.
Meriſmus. S. 29. E. 127. R. 261.
Metabaſis. S. 16. E. 95. R. 238.
Metalepſis. S. 9. E. 75. R. 225.
Metaphora. S. 3. E. 62. R. 214.
Metaplaſmus. R. 241. Metateſis. R. 243.
Mataſtaſis. S. 31. E. 129. R. 262.
Methodus. S. 38. E. 139. R. 270.
Metonymia. S. 7. E. 69. R. 220.

N.

Narratio. S. 39. E. 141. R. 272.
Neuma. S. 24. E. 117. R. 255.
Noema. S. 23. E. 117. R. 255.
Nominatio, Annominatio, Agnominatio ſiue Paranomaſia. S. 14. E. 91. R. 231.

O.

Obiurgacion. E. 204.
Occupatio vel Prœoccupatio. S. 21. E. 112. R. 252.
Ode. R. 247. OEconomia. R. 247.
Optatio. S. 19. E. 109. R. 250.

Oratio

Digitized by Google

Oratio. S. 38. E. 139. R. 270.
Orbis. S. 11. E. 82. R. 232.

P.

Paradiaſtole. S. 16. E. 95. R. 237.
Paræmia. S. 28. E. 125. R. 260.
Paradoxon. S. 27. E. 124. R. 257. & 247.
Paralepſis. R. 242. Pariſon. E. 205.
Parechaſis. S. 26. E. 121. R. 237.
Paranomaſia. S. 14. E. 91. R. 236.
Parheſia. S. 27. E. 125. R. 260.
Panegericus. R. 248. Palilogia. R. 246.
Parhomologia. S. 30. E. 129. R. 262.
Periphraſis. S. 19. E. 98. R. 240.
Pariſologia. E. 106. R. 246.
Periodus. S. 11. E. 82. R. 232. & E. 210.
Pleonaſmus. E. 106. R. 246.
Pyſologia. R. 247. Phraſis. R. 245.
Polyſindeton. R. 248. Problema. R. 247.
Prodiorthoſis. S. 17. E. 96. R. 238.
Pronuntiatio. S. 35. E. 139. R. 268.
Prophoneſis. S. 27. E. 123. R. 258.
Proſopodoſis. S. 21. E. 112. R. 251.
Proſopopeia. S. 21. E. 113. R. 252.
Protheſis. R. 241. Prothepticon. R. 235.
Prothozeugma. S. 14. E. 89. R. 235.

Q.

Quæſtio ſiue de generibus cauſarum. S. 42. E. 144. R. 275.

R.

Regreſio. S. 11. E. 83. R. 233.
Repetitio. S. 10. E. 80. R. 231.

Reſpon-

Digitized by Google

INDEX.
Responsio. S. 20. R. 233.
Resumptio. S. 11. E. 83. R. 233.
S.
Salutatio. S. 19. E. 110. R. 250.
Satyra. R. 247. Schema. S. 10. E. 79. R. 227.
Sensus scripturæ. S. 31. E. 135. R. 266.
Sermocinatio. S. 21. E. 113. R. 252.
Similiter cadens. S. 15. E. 91. R. 237.
Similiter desinens. S. 15. E. 92. R. 237.
Simploce. S. 10. E. 80. R. 232.
Sinalepha. E. 100. R. 241.
Synatismus S. 29. E. 127. R. 261.
Syncopa. R. 242. Synæresis. E. 101. R. 243.
Synchæresis. S. 25. E. 119. R. 256.
Synedoche. S. 5. 66. E. 216.
Synedoche figura. S. 14. E. 90. R. 235.
Synecdosis. S. 14. E. 90. R. 236.
Synonimia. S. 12. E. 86. R. 234.
Systola. R. 242. Sinthesis. R. 244.
Solecismus. E. 102. R. 246. Soroismos. E. 105.
Stratagema. R. 246.
Subiectio. S. 21. E. 112. E. 251.
T.
Tapinosis. E. 108. R. 248.
Thautologia. E. 107. R. 248.
Traductio. S. 11. E. 85. R. 233.
Tropologia. S. 32. E. 136. R. 276.
Tropus. S. 3. E. 62. R. 214.
V.
Verba noua, antiqua, & translata. S. 2. E. 6. E. 213.
Z.
Zeugma. S. 14. E. 89. R. 235.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Ditta SALVAREZZA s.a.s.
RESTAURO
Via A. Corvi 6 Roma

0056579693

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google